

198

caput belli dictum in secula: a quo omnis benedictio non solum in haebam. verum etiam in otium vestimenta tocius ecclesie manat. O miseri: quomodo robis adhuc tremendum apparebit caput illud: quod nunc sic percutere non formidatis. Et tunc sanguis per aculeos corone de capite extactus et largiter fluens tinxit caput et genas eius: ita ut appareret quasi leprosus: quia sanguis et spuma apposita faciebant eum leproso similem. Tinxit ergo sanguis totum caput eius: sicut cruce flagellis extactus et sudor sanguineus tinxit onus alias partes corporis: ut non tantum manus et pedes et latus dicam: sanguine respersa: sed tota ueste tincta christum ascendisse debet: Cerne igitur eum cum cordis amaritudine in singulis suis afflictionibus: quia omnia sustinet que ipsi volunt quasi ex seculis et ad oia taet quasi mutus. Et maxime certe cum cum caput eius spinis plenus arundine grauitate et sepe percutitur: quomodo depresso collo paciente: cum dolore tamen magno acerbos ictus suscipit et patitur. Perforabat namque caput laciatissimum acerbissime ille spine: ac totum madefaciebant sanguine. Ex isto articulo trahitur documentum: quod caueamus et nos caput christi cum arundine percutimus. Caput quidem christi percutiunt: qui divinitatem eius impugnant: et eum deum esse verum denegant: nam secundum apostolum caput christi est deus: id est diuinitas creas est caput creaturee assumptae. Arundo autem vel calamus significat scripturam: diuinam calamum spiritus scriptam: de qua in psalmo dicitur: ligua mea calamus scribe. Calamo igitur ut dicit Beda caput christi percutiunt: qui diuinitati eius contadentes erodent suum auctoritate sacre scripture que calamo scribitur conficiantur. Quales sunt qui eum periculum hominem fuisse dicunt. Item arundine caput christi percutiunt: quando propter aurum mundum favocis que per arundinem significatur deus offenditur. Item caput christi calamo percutiunt: qui ex scripture diuinitate plus quam operatur in uestigare satagunt: unde et interdum sanguinem ex rotis elicunt. Item cum arundinem proximum in capite percutiunt: qui per vacuam id est ociosam vitam sua christum offendunt: qui est caput nostrum a quo in omnes sensus nostros vitales operationes defluunt: qui et operum nostrorum exempla nobis prebuit. Unde in in quolibet ocio tu abest nobis opportunitas bonum faciendi homo ociosus christum quasi in capite percutit: ita ut ex tali percussione et spissarum punctione sanguis de capite christi emungatur: hoc est qui christus dolet et pungitur

psq; ad sanguinem de oculo nostro: quia videt quod exempla sua non fructificantur in nobis. Ihesu quia nobile caput tuum arundine percutisti voluisti: da michi te caput nostrum per inanem vitam non offendere: sed tibi placitis moribus deseruire. Coronatio et illusio christi ac eius pacientia presignata fuit in regno dauid quando ab inimico semey tanta mala patienter tolerauit. Semey proiecit super dauid lapides ligna et lutum: sic synagoga iniecit in christum palmas spinas et spuma. Semey dauid vitum sanguinum et vitum belial vocavit: synagoga proximam seductorem et maleficum appellauit. Sed abysai cui volueret semey occidere dauid prohibuit: et angeli occidissent derisorum christi: sed ipse non permisit. Christum etiam presignata uerunt nunc regis dauid: quos a mon rex amon nuncios ad pacem in restaurandam: quorum uestes ipse precidit usque ad hanc et mediam barbam: sic deus filium suum ad pacem faciendam in mundum misit: quem synagoga nudans uestibus barbam iphus spuma maculauit. De premissis dominini contumelias dicit Aug<sup>9</sup>: Sic enim implebantur que de se direxerat christus: sic martires infocabantur ad omnia que persecutores libuissent facere percedere: sic paulisper occultata tremenda potencia: mendabatur prius imitanda pacientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat superbū mundum non atrocitate prouocandi sed pacienti humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia: ut mirabiliter pullularet in gloria. Hec Aug<sup>9</sup>: Ve igitur semel: ve bis: et iterum his qui post tam preclarum humilitatis speculum supbia tollunt in altum: o propterea refugiunt et ad honores aspirant: tursus contemptui habentes dei filium: quem tanto ab omnibus amplius omni constat honorificencia dignum: quanto pro hominibus indigniora sustinuit. Vnde Crisostomus: Tot autem et talibus factis ipse instabat silens: tu vero audiens hec in mente habe continue: et regere tebis terrarum et angelorum dominum videntem contumeliam pacientem et omnia ferentem silentio: imitare. Et iterum: Que igitur erit nostra de cetero si contumelias ab aliquo paciamur: postquam hec christus passus est: Etenim quod fiebat in christo: ultimus contumelie tecum erat: nec una peccata tantum: sed vniuersum corpus paciebatur iniurias: caput per coronam et arundinem et colaphos: facies quia compuebatur: gene quia alapis cedebant: corpus totum per flagella et qui denudatum est et per circumcidacionem clamidjs et per fistam ad mortem;

manus per arundinem ꝑ dederunt ei p scep  
tro . ac h̄ timerent ne pretermitterent aliquid  
grauissime presumpcionis Vnde Ancelmus  
Regali purpura induit ut sed plus in ea despi  
citur quā honoretur . Scyptum i manu ges  
tat . sed eo ipso truerendum caput eius feret  
Adorant coram ipso p̄hitis genibus in terra  
et regē cōclaimat et cōtinuo ad cōspicuū ama  
biles eius genas subfiliūt mapillas palmis  
cōcūt et hōtabile collū exhortant Hec acel  
D̄nnes vō iste illusiones militū et otumelie  
iudeorum christo illate nobis tribuunt milite  
ria h̄ et alia intencione ab eis sint facta pro  
vt sepius tactū est supia Hec aut̄ sc̄dm Jobā  
nem . ante sentenciam pylati facta sunt : sed  
matheus et marcus post sentenciam ea que ob  
miserant recordando ponunt Hic ergo dictū  
est martyres informabantur ad p̄ferenda oīa  
que a p̄le uotib⁹ inferebantur Qd̄ enim in  
veste duplii sc̄z alba et rubea cr̄stus illusus  
esse phibetur . in uno putatas sue humanitatis  
in altero v̄t̄as passionis exprimitur . Hoc  
etiam significat duplex martirij genus quo  
in passionib⁹ eccl̄ia adornatur vt sit cādida  
virginitate et rubicundia sanguine . Et ipsa  
ecclesia varijs membrorum suorum flosculis  
vernans : in pace lilia gignit in bello rosas .  
Vnde dicit admirando . Dilectus meus can  
didus et rubicundus candidus sc̄ilicet actione  
et in pace lilyum virginiū . ac rubicundus san  
guine et in bello rosa martirij In vero qz ergo  
habitū dñi potest omnis multitudo electorū i  
telligi . alba em̄ veste induuntur virgines et  
confessores et rubea martyres Vnde et domin⁹  
alba veste induitur cum munda iustorum co  
fessione et auidatur . rubra vestitur aīm in  
triumphis victoriosorum martirij gloriatur .  
Si autē te nudum absqz hijs vestibus inue  
netis . veste cr̄sti rubea induere . et totus r̄pi  
passionib⁹ adornare . Sed nec illis suffi  
ciebat qd̄ ad maiorem illusionē tam cohortem  
militum congregauerant . sed et pylato  
iubente coram ipso et toto populo iudeorum fo  
ris expectante quā p̄pet̄ festum non introi  
bant in pretorium . adduxerunt foras ib̄m  
sic illusus et ad derisionem et confusione p̄  
tatum omnibus demonstrandum . Frustr  
erzo iterū pylatus de pretorio foras ad iude  
os . et dixit eis . Ecce adducto vobis eū formis  
postqz diligenter examinavi et punitus ad vobis  
satisfaciendum : vt cognoscatis qd̄ nullam in  
eo causam sc̄ilicet mortis inuenio . licet afflic  
tus et illusus sit : et hoc ad voluntatem vestram  
innocenti fecisse sufficiat . In eo habitu illum  
ostendit in quo illusus est a ministris . vt sal  
tem sic quiescat videntes eū plenū ōp̄brejs

Frustr ergo ih̄esus ex p̄cepto pylati . por  
fans sp̄ineam coronam et purpuream tunica  
et clamidē cot̄meam turpem et v̄terē ac scep  
trum arundineum Ecce ꝑ lamentabile spec  
taulum Incedebat quā in habitu regali s̄  
patebat vndiqz despectuī . Ecce quomodo rex  
et dux tuus confusione repletur et humilietur  
sustinet vt te ab eterna confusione erigat et a  
supbie peste sanaret . Hic ergo instruimur .  
vt ōp̄b̄tia omnia pro nomine ih̄u cr̄sti sus  
tinet pati simus et in omnibus humiliari stu  
deamus Vnde Ancelm⁹ Attende anima mea  
quā est iste qui ingreditur habens ymaginē  
quā regis . et nichilominus seruū despectis  
simi confusione repletus est Coronatus ince  
dit . sed ipsa eius corona cruciatus est illi et  
mille puncturis speciosum eius vertice diuul  
nerat Hec Ancelmus Et tūc quā despectus  
loquendo vel eos ad misericordiam provocādo  
dixit eis pylatus . Ecce homo . Ecce de quali  
homine creditis . qd̄ vellet sibi regnū usurpa  
re . Et quā diceret et si in aliquo male egis  
set tū v̄lta condignū punitus ē et ideo suffi  
cere vobis debet Vide caput eius p̄ foratum  
totum corpus laceratum facie computat et pro  
deo compaciamini sibi . qd̄ frater vester est Vo  
lebat em̄ pylatus vt sensibiliter videat qua  
liter fuisse punitus et illusus vt sic mouetur  
ad compassionem . qd̄ animo liberandi eum  
fecit hanc ostensionem . Vnde Cr̄sostom⁹ .  
Propterea et coronatum ihesum eduxit ad  
eos . vt conuicium quod a militibus factum  
erat in eum videntes . parum respirent a pas  
sione et v̄mant venenum Vnde et Augusti  
nus Hinc apparet non ignorantē pylato hec  
a militibus facta . siue iussit ea siue pmise  
rit illa sc̄ilicet causa vt hec eius ludibria ini  
mici libentissime videret . et v̄terius eius san  
guinem non fitarent . Egreditur ad eos ih̄es  
lus portans sp̄ineam coronam et purpureum  
vestimentum non clatus imperio sed plenus  
op̄robrio . sp̄inis punctus sp̄utis illusus fla  
gellis afflictus . Et dicuntur eis . Ecce homo .  
Quā dicit . Si regi inuidetis iam par  
cite quā deiectum videtis flagellatus est sp̄i  
nis coronatus est ludibiosa . v̄ste amictus ē  
amatris conuicij illusus est alapis celsus est  
feruet ignominia frigescat inuidia Sed non  
frigescit inardescit pocus et increscit . Hec  
Augustinus Ex hoc articulo sumit . Documē  
tum qd̄ nos cr̄stum illusum ante mētis nostre o  
culos habeam⁹ et in vestitu et in exteriori ap  
paratu nō vane gloriemur quoniam dñs nes  
tēte in vestitu illusus ē . Et maxime in hoc seq  
cr̄stū debent religiosi et monachi qui cr̄stū  
illusum rep̄tant in habitu tonsuta et ferulis

habitus enim monachalis despctibilis est  
 & quasi illusorius hominibus mundanis: co-  
 rona autem capitis monachalis representat  
 coronam spimeam: baculi seu ferule quos antiqui  
 quibus monachi portare consueuerunt: repre-  
 sentant arundinem. Et sicut christus non dedi-  
 gnat habitu illusorio populo iudeorum os-  
 tendi: sic non erubescant monachi et alii mu-  
 di contemptores: qui se omnes aplm spectaculū  
 facti sunt mundo in habitu contemptibili et in  
 figimis regalibus illusorijs predictis christum  
 regem imitari. Item ē hic documentū q̄ istā  
 ostentacionem christi representat sacerdos in  
 eleuacione hostie quasi diceret ipse. Ecce ho-  
 mo. Quia enim sacramentū altaris est memo-  
 riale dominice passionis: et christus est passus  
 secundum humanitatem. secundum diuinitatem vero est  
 impassibilis. ideo sacerdos ōndens ibi christū  
 congruencius dicit ecce homo q̄ ecce deus:  
 licet ipse sit et homo et deus: sed homo pa-  
 tens fuit in illa ostensione et deus latens. Itē  
 est documentū q̄ nos debeamus cum eis dem  
 in signis mysticis acceptis prout dictū ē suis  
 locis. ante conspectum christi regis nostri in  
 iudicio apparere: cum quibus ipse dignatus  
 fuit iudeis ostentari. Ihesu qui cū illusionis  
 in signis iudeis ostentati voluisti: da michi o-  
 stentacionem vane glorie deuitate: et cum eis  
 dem in signis mysticis ante conspectū tuum in  
 extremo iudicio compate. Sed licet pyla-  
 tus hoc agat: tamē insaciabilis sacrilegorū  
 furor non cessat: sed magis instat. Ecce ma-  
 gna pertinacia iudeorum in procurando morte;  
 christi: nam obstinata nequicia non emollitur  
 misericordia. Tunc enim illi iudei filii dyabo-  
 li cū vidissent eum sic punitū et illusum: et co-  
 gnoscerent q̄ pylatus sic volebat dimittere  
 eum: in nullo copacientes ei: ac punctionis  
 correptione et illusorum obprobrio non conte-  
 ti. nec pylati excusacione placati clamabant  
 tumultuose et alios ad clamandum excitabāt  
 dicentes. Crucifige: crucifige eum. Quia di-  
 cerent. Hoc pena nullo modo nobis sufficit.  
 sed petimus q̄ moriatur. Videntes eum. ma-  
 gis comōuebantur: quia ex aspectu eius qui  
 dōlio habetur magis contra eum cor obdientis  
 inflamatur. Ingeminant autem crucifige: ppter  
 desiderij vehemētia: et quia voluntate et ope-  
 crucifixerunt eum. Magna crudelitas q̄ nō  
 sufficit eis alterū sc̄z vel flagellare vel occide-  
 re sed utrūq; nec contenti sunt quacunq;  
 morte: sed terepissima et durissima sc̄z crucis  
 desiderat occidere. Clavis affigi ad lignū que-  
 runt: ne dolore cūcius finiatur: sed morte pro-  
 ducta moriatur: et vt in cruce dūcius videa-  
 tur: et modo mortis diffameretur. Et secundum Cris-

formidantes ne aliqua eius: post ipsum fiat  
 memoria: student et ad supplicium ducere ma-  
 ledictum. Verum vt dicit Rabanus iudei de  
 morte pessima cogitabant: sed a domino non  
 intelligentibus eis clecta erat. Ipsam enim  
 crucem dyabolo superato erat tangere tropheū  
 in frontib; fideliū positus. Erne etiam  
 nunc quomodo sic contumeliose vestitus et co-  
 ronatus et cū sceptro mcedit et quomodo fa-  
 cie dimissa stat totā tanta multitudine vici-  
 rante et clamante crucifige crucifige: ac semp-  
 eum deridente et sibi insultante quah sapien-  
 tiore eo fuerunt. Et sic non solum dolores et  
 penas: sed etiam contumelias et terrores tecum  
 piebat ab eis. Ex hoc articulo quū in cla-  
 more consistit trahitur documentū. q̄ non te-  
 fert ad culpe intentionē: occidere hominem in  
 lingua vel gladio. Vnde Psalmista. lingua eoz  
 gladius acutus: et loquitur ad lām de iudeis  
 clamantibus crucifige Sup quo Aug. No-  
 si attendere inermes manus sed os armatum  
 inde gladius processit quo christus occidetur.  
 Caucaut ergo sibi detractores et proximoꝝ  
 infamatores: ne excauant vt gladiū linguas  
 suas: quia sicut gladio corpore hic lingua fama  
 hominis pimitur. Vnde dicit in Proverbiis  
 mors et vita in manibus lingue. Item est  
 documentum: q̄ non est respondendum. Ad  
 conformandum se huic articulo recogitet homo  
 q̄ terribiles fuerūt illi clamores iudeorum: et  
 rememoretur an ipse unq; iniquus hominum  
 iudicis aut oblocoꝝ seu detractionibus  
 contra proximum per consensū conclamauerit:  
 vel alias prout deus dederit: et sic oret. Ihesu  
 qui terribiles iudeorum voces crucifige: crucifi-  
 ge clamantium audire minime expauisti. da  
 michi inimicorum tuorum verbis exercitabilis  
 non terret: et lingua mea nocendum ppi-  
 mo non inferte. Sed pylatus videns christi in  
 nocenciam et iudeorum maliciam impellentium  
 ad rem illicitā: et recusans crucifigere ihesum  
 dixit eis. Acte ipse eum vos et crucifigite: quū  
 sine causa consuevistis innocentēs condepna-  
 re. Ego enim nō inuenio in eo causam. sc̄z cru-  
 cifigendi et bandi talē sententiā. Verum dix-  
 it pylatus. q̄ christus peccatum nō fecit: nec  
 inueniēt est dolus in ore eius. Vnde bene dicit  
 in eo. quia causa mortis christi nō fuit in eo  
 sed in nobis: et ideo dicit Bernhardus. O  
 piissime ihesu. quād tibi et morti. Nos pecc-  
 atum et tu lauis: nos debuimus et tu solus  
 Ac si diceret pylatus. Michi non licet crucifi-  
 ge te innocentem. vos crucifigite si vultis. De-  
 visorū et indiginarer hoc dixit quia non ha-  
 bebant potestatem iudicā di aliqui ad mortem  
 Vnde secundum. Crisostomū q̄ dixit crucifigite

expectantibus fuit hoc verbum et ad rem non concessam illis impellentis. **V**identes autem iudei quod pylatus clamoribus eorum non acquiesceret incepserunt allegare ratiōnes alias quod supia al lezaueantur et accusabant eum quia contra legem dei filium dei se fecit et ideo ut blasphemus secundum legem quam habebant morti debet. **E**ras o iudee quod se deum non fecit sed pater eum genuit; deus deum et ergo filius dei se dicendo non blasphemauit sed veritatem dixit. **V**nde Aug⁹ ecce altera maiora est iuidia. **P**arva quippe illa videbatur velut affectate illico ausu regie potestatis et tamen neutrum habebat illis mendacitatem usurpatum sed vtrumque sc̄i quod erat rex et filius dei verum est et vngemius dei filius et rex a deo constitutus super sydon montem sanctum eius et vtrumque nunc demonstraret nisi quanto erat poterior tanto malum esse pacientior. **H**ec Aug⁹. **T**unc ergo pylatus magis timuit ne forte verū esset quod esset dei filius et sic factum enōme fecisset ipsum puerendo et illudendo et ne videbatur inique agere occidendo. **I**lli vero hoc dicentes non horruerunt sed interficiunt eum pro quibus operauerat adorare Secundum Aug⁹. **P**ylatus non timuit legem eorum ut occideret quia alienigena erat et legem non obseruabat sed magis timuit filium dei ne occideret. **P**rius timuit occidere innocentem nunc magis timet occidere dei virtutē. **E**t ideo volēs de hoc secrētus inquere non amplius interrogauit quod fecisti sed ingressus est iterum pretorium cum ihesu ut veritatem magis posset cognoscere extra tumultū iudeorum et dixit ad eum: **V**nde es tu id est vnde duristi originem! **P**er hoc querebat vtrum esset deus originem habens diuinam: vel hō habens originem terrenā. **I**hesus autem non dedit ei responsū implens illud prophetū si aut ouis non apud os suū ut nob̄ daret paciēc exemplum. **Q**uia enim pylatus altam quesiuit questionem non audiuit confessionem: nam diuina generatio infideli et incredulo expli canda non erat. et quod suam passionē impēdīre solebat: cum ad hoc venirebāt pro nobis pati vellet. **D**ixit ergo ei pylatus propterea eum ab respondō aliquod per quod illa accusatio excludi posset. **M**ichi non loqueris. **M**irabās de eius taciturnitate cum ēēt in pūcto liberacionis vel condēnacionis sue. **I**deo sequitur. **N**escis quod potestate habeo crucifigere te et potestate habeo dimittere te. **Q**uād diceret! in salte deberes responderē. **T**ua pylatus vocē cōstringeris: tua sentēcia dampnatis. **D**i enim in te totū ē positū quare innocentem in qua nullam causam inuenis non absoluīs. **P**ro potestate ergo non pro equitate crucifigendum dominum tradis

per potestatem latronem absoluīs autē vero vite interficis. **E**t quia gloriatur de sua potestate ideo respōdit ihesus ad reptimendum eius iactāciam et tumorem dicens. **N**on haberes potestatem aduersum me ullam quācum lamcumque habes: nisi hoc ipsum quicquid est tibi esset datum et concessū desup scilicet a cesare et vtrius permīssum a deo qui est potestas superior et a quo ē omnis potestas. **E**t ex hoc arguit ei⁹ peccatum quia non accepit potestātē a cesare et deo cōdemnandi inoxios sed magis liberandi eos. **E**t quia pylatus gentilis erat et super priocis potestatis timore angebat dicit eum minus peccare quod iudeos qui legem non uerant et iuidia mouebantur. **V**nde augustinus. **Q**uia plus peccat qui potestati in nocētem occidendum iuore tradit quam peccatis ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. **N**ec timendo quidem presentem innocentem hominem homō debet occidere sed tamen id zelando facē multo magis malū ē quod timēdo. **H**ec Aug⁹. **E**t hīliter traditor plus peccauit qui per quesitu eū iudeis tradidit. **N**auis ergo erat peccatum iudei et iudeorū quod pylati quia ab occisionē pī iūbas fuit motus cupiditate iudei autem rancore sed pylatus humāno timore. **E**t exinde id ē ex hac causa et propter hoc scilicet ne peccaret et peccatum haberet occidendo innocentem et dei filium querebat pylatus dimittere eum absolutum quācum minus esset peccatis quod alij quod tradiderūt illum. **N**on quod tunc primum concipiret sed si prius volebat modo querebat. **S**upē enim temptabat eum dimittere sed ex tunc omnino et constāti amīmo querebat hoc facere. **J**udei autem non valētes per fallas accusations circumuerint iudicem intūntur ei de iniuria cesaris ingerē timorem et ideo de hoc magis quod de omnibus superius dictis eum terrere putates clamabāt dicentes. **S**i hunc dimittis qui se regem facit non es amicus et fidelis minister cesaris id ē non zelias pro honore et statuto domini tui custodiendo et ideo amicīam eius amītes. **D**is enim quod se regem facit usurpādo potestē sibi tradidit cesari. **I**mpatores enim romani abstulerant a iudeis regiā dignitatē et ideo quod in iudeos dicebat se regē videbāt facere contra imperatoris ordinacōem. sine cuius oīs nō solebat quod titulo vī regio. **H**ec enim potestatis est terrene natura quod vna est impaciens solitū aliātū vnde et ideo cesar non paciebat alium dominari. **V**bi cōfī. **E**t vñ habetis demōstrare hoc. **A**pupura a diadema a circā a militib⁹. **N**onne solī spācū discipulū incedebat per oīa vi literā transīes et cibū et scolā et habitationē. **H**ec Cōfī. **C**ū autē pylatus audīsh minas si inferū a

populo de indignatione cesaris adhuc plus tenuit Nam scdm augustinu non sic potuit pylatus tempnere cesarem autorem potestatis sui quae ad nodum legem gentis alienae Timet ergo cesarem et non audens etiam secundum minimam appareniam facere contra eius honorem adduxit ihesum fortas extra pretoriū: et sedit pro tribunali: id est ante tribunal vel in tribunali: nam apud grecos hec prepositio pro idem est quod an vel in hoc est sedit in loco sedis iudicare seu ad iudicandū quod est officium sedentis in tribunali Est em tribunal sedes iudicium sicut thronus vel solū regū et cathedra doctorum Et dicitur tribunal quia apud romanos tribuni causas particulares decernebant dicti a tribubus quibus preponerentur. Dedit vero in loco qui dicitur grecce lythostatos id est lapidum stratura sive pavimentum varietate lapidum stratum: dictum a lythos quod est lapis et stratos quod est statura seu pavimentum quia ille locus diuensis lapidibus erat pavimentata et erat ante dominū pylati Et id locum dicitur hebraic gabatha id est collis sive sublimitas ex coactuacione lapidum quia locus fuit sublimis vario lapide stratus in quo tribunal erat Erat autem parascene id est preparacio paschē hora quasi sexta. Grecis ad mīstī iudei grecis crebro vertebantur vocabulis. Parascene autem grecē dicitur preparacio latine. Hic dicebatur feria sexta quia in ea preparabant necessaria pro sabbato in quo aliquid decoqui vel operari non licet hinc et in deserto duplex manna feria sexta ppter sabbatum colligebant Dicunt etiam feria sexta preparacio quia iudei preparabant se mundando: Et cognitio sexta die crucifixitur dominus quia per crucem reparavit hominem qui sexta die a deo est factus Sexta etiam hora dominus pro homine est crucifixus: quia sexta hora homo in peccatum est lapsus nam ut dicit Ieronimus qua hora peccatum adam mortem peccando induxit eadem hora secundus adam mortem moriendo desturit Sexta quia hora qua maius fetuor diei est crucifixi voluit ad ostendendum quod ex magno fredo et caritatis passus fit Tunc pylatus iusfit ihm fisti iudicio et allegans pro eius liberatione dixit iudeis quia eos subsannando Ecce rex vester. Prius dixerat ecce homo ignominiam suam demonstas ut eos ad miserendum moueret nunc vero ut eos magis moueat per sonitum eis insultat dicens ecce rex vester Primo conabatur eum libertate per Christi ludibrium Secundo per iudeorum opprobrium: Quasi dicet eis Mirum est quod hunc hominem flagellum illusum et abiectum dicas usurpare sibi

regnum Talis homo est quod regnum inuadere vel captare non possit. Vnde erubescere debetis quod eum esse regem formidatis Compaciamus ergo illi quia de eo timere non oportet vel tale quid suspiciari Et tamen pylatus super hoc timet ab eis aperit cesarem accusari et sua potestate priuari Vbi Christus. Et nimis quod dicta sunt etat sufficiencia ut faceret eos de cetero ab ira celare Sed trepidabant ne dimissus fuerit sus turbam ducat et omnia pro hoc agebant Amo enim principatus versusum quid est et anima sufficiens perire ppter a magis infistut. Nec tuus Vnde iudei sicut futibundi clamabat et ex habundantia malicie ingeminando dicebant Tolle tolle scilicet ad mortem et non quam cumque sed turpissimam Et explicates genus mortis addiderunt et crucifige cum Interfice enim eum conabantur et morte expiratis sima formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria Quasi dicunt Tolle eum a nobis et spectu nostro gravis enim est nobis ad uidendum nec possumus eum videre auferque eum de medio et interfice Quanto plus audiebat quod pylatus vellet liberare eum: tanto magis clambant in contrarium Vbi beda Quia totam accusationem quam adulterio dominum detulerant cerebra et solidata pilati interrogatoe videbatur euacuatam tandem impudici ad solas se paces concertintur ut quod criminando et quasi rationando nequerant iam postulando et waferando perficiant Quem enim credimus sciriendi etiam beatorum martirum persecutores tenuisse satis ecclesiastica demonstrat historia Hec beda Dulassime ihesu quis tam durus et impius erit ut clamores illos horribiles tolle tolle crucifige eum sine genitu et clamore spiritu autem corporis valeat audiens seu mete tractare Pylatus vero terrorem quem de celare ingenerunt adhuc supare conatur et volens de ipsorum ignominia eos frangere quos de cruce ignominia non potuit mitigate allegans quod in cruce crucifixione eorum reverendiam dixit eis quasi subsannando Regem vestrum erit crucigamus quod redundat in vestrum ignominiam Quasi diceret Ex quo eum regnare formidatis et iam de hoc fama magna fuit non est honor vester quod ex vester redempnetur et erit vobis reverendia si morte sic abiecta moriantur Et inde si non moueamini ab eius humilitate debet vos mouere vestrum o ppter unum quod esset crucigerem eum Sed illi se a libtate regni deinde et Christi excludentes iugum dyaboli superplerunt ac ppter seruituti et tyrannidi se subictereunt dicentes Non habemus regem nisi cesarem Ex quo patet quod ex tunc ppter romanorum se obligauerunt subjectioni renunciantes oī

alteri regie dignitati. Patet etiam eorum ob-  
stinacio ad procuandum morte christi cum pro-  
eius procura ione confessi sunt in perpetuum se-  
ipso subiectos seruituti. **Vnde** **Cir.** **A**bnu-  
tunt dei regnum! et tradici sunt regno roma-  
norū. qd habebant non intellexerunt: et ideo qd pecierunt acciperunt. **Hoc** idem etiā  
facto clamant nostri pontifices et prelati seu  
curati q suas eccias dimittentes ingerunt se  
negochis typalibus principatus vel regni. **P**er  
hoc aut iterū iudei timore pylato ingerebār.  
**V**t em dicit **Aug.** aptissime contra cesarem  
venire videatur. si regem se nō habere mihi ce-  
sat in p̄tentibus alium regem vellet izerere  
dimittendo impunitum quē ppter hos ausus  
ei tradiderant occidendum. **E**x hoc articulo ad  
ductionis christi ad tribunal habent duo docu-  
menta. **P**rimū q nos delem? tribunal in me-  
te nā constitueret et ibi iudicio astare hauit cris-  
tus stetit ate tribunal ppter nos vt nos dis-  
cicū dei iudicium possim? declinare. **J**uxta  
illud apli. Si nos meti pos diiudicaremus.  
non vtiq; iudicaremur. **S**ecundū ē q tpe adū  
firatis iudicium dei cū pacientia subcamus si  
ait dñs noster pro nobis duct? an tribunal  
hominis obmutuit et nō aperuit os suū cum  
omni pacientia subiens iudicium. **N**os quippe  
tpe aduersitatis quasi ante tribunal dei histi-  
muri. **V**nde apli post vba p̄ allegata subdit.  
**C**um aut iudicamus scilicet typalibus penis  
a dñs cortipimur. qd vt dicit glosa pena ipa-  
nobis p̄tia ē p̄tagatio. vt non cū hoc mūdo  
dampnemur. **Q**uasi diceret. **I**deo ē bonum b  
p̄ punitionē typalem iudicari a dñs vt hic cor-  
cepti non dampnemur in iudicio futuro. **A**d  
coformandū se hūc articulo attendat hō do-  
cumenta iam pmissa. et dret mente deuota.  
**I**hesu q ante tribunal pylati adduci et i iu-  
dicio histi voluisti da michi ante tribunal mē-  
tis mee cōscendere. et meipm de culpis meis  
cōsciencie testimonio distinctius iudicare. iu-  
dicū qd tuum in adūhis tam pacienter hic sub-  
ire vt iudicio tuo extremo valeam securus as-  
tar. **S**ed pylatus timore mori vincie. et a tra-  
mite veritatis et iusticie detorquetur. **D**ecē  
em tota iudeorū multitudine vobis magnis  
vt crucifigeret tam miser preses pylatus  
motus timore impatoris et fauore iudaici po-  
puli cū ipse perat et a qbus peccatis sperabat  
leuare. cōtra iusticiam et contra cōscienciam  
qua cristum innocentē nouet et i quo nulla  
causa etat debit sententiā crudelissimā de mor-  
te innocentis. et p sententiā diffinitiūam tra-  
didit ibm eis: vt crucifigeretur iudicio et po-  
testate phidis. **N**on dixit euangelista vt cru-  
cifigerent eū sed vt crucifigeret p phidis iu-

dicūm. **S**ed ideo illis traditum dixit. vt eos  
crimine implicatos a quo alii esse conabā-  
tur ostēdetet. **N**on em pylatus hoc faceret  
mihi vt id qd eos cūpe ternebat impletet. **I**ta  
qd pylatus ambicioſus nolens amittere prin-  
cipatum qd p̄nuncias et cristū innocentē ac  
p eum dimittendū volens tñ ad cōplacēdum  
clamoribus pyli satisfacere id ē eorum volun-  
tatem facere et nō qd erat placitum deo et ius-  
tice timens qd ne accusaret de cesaris rebelli-  
one cum hoc nullū suspicās pylatum si innocē-  
tem paup̄em morti adiudicare. maxime qd  
contradictor aliquis non appareret. p̄tulit  
sentenciam et iudicauit eum ob culpam affec-  
tati regni ēē crucifigēdum. **Q**uia em iudei ce-  
sarem regem et dñm p̄fessi sūt: videns qd nō  
se protestati romanorū subicerunt. condēn-  
auit ibm quasi usurpatem cesaris p̄tatem et  
tradidit eum voluntati ipsotū ad crucifigēdū.  
**Q**ue aut fuerit forma sententie non est exp̄l-  
sum ab euangelistis. In euangelio tñ nicho-  
demī scribitur qd pylatus p̄tulerit sentenciam  
sub hijs v̄bis. **G**ens tua cōprobavit te regem  
pter p̄cipio te p̄imum flagellari. sed  
principū statuta deinde in cruce alleuari. **P**ec-  
cauit pylatus nec expulsatur qd cum iudei es  
tenebatur ex officio servare iusticiam. et nec  
timore cedere debuit nec amore vt facret cō-  
tra eam. qd si omnino voluisset quē iustū p-  
nunciaeat eripe potūsset. **M**inus tñ p̄tavit  
quam iudei instetie em quantū potuit vt illū  
ex eorū manibus liberaret et eius motiuum  
fuit minus malum. qd iudei ad occidendum  
christum moti sūt p̄ rancorē et otium pylatus  
vero ppter timore cesaris et fauore iudeorum.  
**S**ic ergo eis consenit qd cōsentit em qui cū potest  
arguere non arguit non cōsenit etiam cōsen-  
su pleno h̄ coacto. **S**icut aut tunc pylatus sic  
boche faciūt multi iudices. timore vel fauore  
a veritate iudicij declinates et iusticiam subū-  
tētes. Ecce quomo de innocentissimus agnus  
vt te a iudicio et lamento iuste et eterne dāp-  
nacionis eripet iniuste ppter te iudicio dāp-  
nari p̄legit. ecce que nō rapuit p te soluit!  
et tu anima mea nequā et nnpia nec deuocōis  
soluis pinguedinem nec cōpassionis refūdis  
affectionem. **C**ogita quantū amici eius clamaue-  
runt qd illam sentenciam audiuerunt. **S**ed  
maledicti gaudet et exultat qd intētum suum  
prauū habent. ridet et cum qui est verus et  
eternus deus derident. et eius morte quantū  
possunt accelerat. **N**on beneficiorū et operum  
eius recordanē non ppter innocentiam eius  
mouent. et qd crudelius videtur non ppter  
afflictionem quam in eo vident retrahuntur.

141

**E**t sic hora tercia crucifixus est dominus Iesus iu de orum et sexta mambus militum **Vnde Aug⁹.** Quoniam iudei facinus interfici Christi a se in romanis id est pylatum et eius milites trasterrere conati sunt propterea marcus ea hora qua Christus a militibus crucifixus est que agi sexta iam ceperat per termis. terciam potius horam recordatus expressit. qua hora intelliguntur clamare potuisse crucifige crucifige ut non illi tam repetane crucifixisse ibi id est milites quod eum ligno sexta hora suspederunt verum etiam iudei qui ut crucifigerent hora tercia clamauerunt. Et iterum Apparatores patris hora sexta crucifixi erunt. puericatores legis hora tercia clamauerunt. Quid illi manus hora sexta hoc isti lingua hora tercia. Rei magis isti qui clamando seuebant. quam illi qui obtempando adimpliebant Hec Aug⁹. Alij dicunt quod in hora tercia dominus iam condemnatus eductus fit. et in hora tercia incepit est crucifixio eius et occupatis eis in crucifixione fluxit tempus usque ad septam. et in hora sexta crucifixio fuit consummata et ideo quod dicitur de tercia vero est de crucifixionis principio et quod dicitur de sexta intelligitur de crucifixionis consummatione. Secundum veritatem poterat esse media illius horae cum et hora media inter sextam et terciam. et quod medium denominatur ab utroque extremo ideo ab euangelistis aliquis dicitur tercia aliquid quando dicitur sexta. Vnde etiam in signum huius ecclesia communiter inter terciam et sextam celebrait missas solemnes quod missa in memoria celebrare passionis. Ex hoc articulo condonatis Christi ad mortem per sentenciam trahitur documentum quod nos caueamus ne unigenitus iustam mortis sententiā anime vel corporis mereamur. Item sicut salvator noster sustinuit pro nobis iniquam ab homine sententia leti sententiā sic et nos pro deo curare non debemus iniquam homini iudicia. Vnde Aplus miseri inquit proximo est. ut a vobis iudicer aut ab humano die. Ad conformandum se huic articulo. oret homo dicendo. Ihesu quod sententia condonatōis ad mortem; mortem aut crucis innocentem subire voluisti. fac me iustum mortis sententiā siue in corpe siue in anima non mereri. et tui amore iniquam homini iudicia non timere. Data autē sententia rediuitur dominus intus. et spoliatus clamide et purpura quibus siuerat ab illis indutus et adhuc nudo cosa eo existenti virgina habi licencia vestiendi. Inuenire et hic dominus secundum consuetudinem supra de flagellatione positam. Tandem in vestimentis suis quibus eum spoliauerat reinduerunt cum ut ductus ad mortem magis cognoscetur in teste propria quam aliena. Et cum esset et vestimentis suis revestitus

duant eum fotis quantoctius ne mortem eius differant amplius ubi ligates sunt manus et collum ipsius iudicium sue mortis ei iunguntur. et ipsum tanquam malefactorem extat propria civitatem eiciunt. Nam venerabile lignum crucis longum et grossum et multum que ponunt super humeros suos delicatissimos ut portet ipsum ad locum ubi erat crucigendus. Ut enim dicitur in historiis. opinio est crucem quindecim pedes habuisse in longitudine. Et quod lignum illud reputabatur propheticum et inmundum. et mors crucis ignominiosissima. quod ut dicitur in deuteronomio. maledictus qui pendet in ligno. ideo nullus eorum lignum illud ne deducatur sed nec tangere voluit. et ideo impo- suerunt illud ibi ut iam dampnato Agno at mansuetissimus pacienter suscipit. et portat patibulum suis humeris. in angariam mortis tendens ad locum passionis. Vnde Aug⁹. Hic adimpletur illud ysaie cuius principatus super humerū eius Principatus enim Christi est crucis eius. propter quam secundum apostolum deus eum exaltavit. Et hanc signum dignitatis alij baltheum alij mitram portant sic et dominus crucem et si inquiras inuenies non aliter in nobis regnare ibi nisi per asperitates quo sit ut deliciosi inimici sint crucis. Hec Aug⁹. Compleetur etiam nunc figura ysaiae obedientis et ad patris iustum ligna pro sui immolacione portantis. Et secundum Erihi. quomodo ysaiae dimissus est et mactatus aries sic et hic diuina natura manet impassibilius. sed mactata est humanitas herens cornibus inter virges. id est inter rectacula peccatorum quibus natura humana detinebatur. Hic etiam compleetur videtur sapientia figura que collegit duo ligna. Vnde Antemius videt amma mea quoniam do per omnia vir iste coartatur et spernitur. Sub crucis onere dorsum incurvate iubatur et sui ipsius portare ignominiam spectaculum. Vides ne Ecce principatus eius. super humerum eius. Hec est virga equitatis. virga regni sui. Vnde et Iheronimus. Hic educitur abel in arietem a fratre ut pimat. Hic adest ysaac cum hirsutis. et abraham cum ariete reprobis herete. Hic adest ioseph cum gaminis faste sompnato et tunica talaris sanguine lita. Hic adest moyses cum virga. et serpente suspensi in ligno. Hic adest botrus in ligno praeterea. Hic adest heliseus cum ligno ad quondam scurum que in ymo demersa erat et natavit ad lignum id est genus humanum quod a ligno retito in infernum decidit per lignum crucis Christi et baptismum aque ad yadis natavit. Hic adest ionas de ligno fortis in mare ventremque et tibi et duo miles. Vnde etiam Aug⁹. Grande spectaculum

Spectat impietas grande ludibrium: si pietas grande misterium. Si spectat grande ignominie documentum: si pietas grande fidei munimentum. Si spectat impietas videt regem pro vita regni lignum sui portare supplicium: si pietas videt regem baulante lignum ad seipm ligendum quod fixus fuerat etiam in fratribus regum. In eo spernendus oculis impiorum in quo erat gloria aura corba sanctorum. Dictum est paulo michi aut absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihu christi ipsam cruce suam gestans humeros commendabat. et lucerne arsura que sub modo ponenda non erat candelabrum fecerat. Hec Aug. Precebat autem christus cruce ut rex sceptrum in signum glorie que est universale terrum omnium dominum. Ide ut victor tropheum et signum sue victorie: quo principatus potestates exposando triumpfauit. Item ut doctor portat can delabrum in quo ponenda erat lucerna sue doctrine: quod verbum crucis fidelibus est vietus dei. Et sicut summus sacerdos qui ibat ad tabernaculum ut intraret sancta sanctorum portabat clavem super humerum suum: sic christus vadens ad tabernaculum sancti sanctorum et volens nobis apire portauit clavem scilicet crucem super humerum. Baulacio crucis prefigurata fuit in ysaac filio abraham. Ysaac enim ligna proprie humeris ferebat: in quibus eum patre suis immolare volebat. sic christus propriis humeris crucem baulabat in qua ipsum genitatem iudeorum suspenderem affectabat. Ysaac ad obediendum patri se voluntarium exhibuit: sic filius dei patrem suo celesti yscum ad mortem obediuit. Duo autem populi ihesum ad interficiendum eduperunt videlicet iudei qui corde et gentiles qui operi hoc fecerunt. Iste olim per duos exploratores prefigurati erant qui locum de terra promissionis ad desertum afferebant. Per locum prefigurabam filius dei ihesus christus qui per hos duos populos de iherusalim in locum calvarie est ductus. Per locum illum probabat filii israel terre promissionis bonitate. per doctrinam christi possimus confidere prius celestis suavitatem. Eduperunt autem eum ex ciuitate quorum enim animalium sanguis inferebatur in sancta sanctorum horum corpora educebantur ex casta cui tremabant et immolabantur. Baulans vero cruce per hoc nos inducit ad sui sequentiam sicut ante dixerat mouendo ad ea. Si quis vult venire post me: abneget seipm et tollat cruce suam. et sequatur me. Sicut enim christus autor vite sententia mortis super eum data crucem sibi baulas confessum ad locum supplicij foras educitur. tangit malefactor qui huius mundi vita indignus est in auctoritate sic versus christi imitator seipm abneget cruce suam tollendo. et ex casta secum ebeat in perpetua eius portando tangit

purgamentum huius mundi factus semperque mortificatione ihu in corpe suo circuferat ut et vita ihu in corpe suo tandem manifestata fiat. Ecce nota quod hec tria: scilicet quia experunt eum vestimentis suis et duxerunt eum ut crucifigeretur. figurativa sunt passiois in corpe mystico scilicet ecclesia maxime tribus antichristi. Exuvio regie vestis est spoliatione mortis. inducio proprie vestis est reuasio pristine paupertatis. ductio ad crucifigendam est violencia persecutio finalis. Cum igitur christus prolati impante pectora clamante baulans habet crucem trahere tunc ad supplicium. tunc eum ducendo et accelerando et omnipotens saturando factus est corpus populorum post ipsum euclum. alii super ipsum plangebant. alii illudentes ridebant. alii lutum et immundicias in caput et in faciem ei proiciebant. Sed ipse quah agnus innocens et ut omnis tota conditio se inclinato capite indecens ad oia tatebat: quoniam tangit omnes ad occisionem et quoniam agnus ad immolandis ductus est et non apud os suum. Et sequitur eum triple turbaparma carnificum que eum premebat. scilicet iudeorum qui cum irridebat. tercia amicos qui angustie lugebat et insuper quarta illos qui ad videndi spectaculo veniebant. Unde non eadem mente sequitur sed quodam ut leti moriente aspiceretur quod videntem oderunt alii ut moriente plageretur quem vivente dilexerunt. Ductus est atque cum locis duobus utique latromibus per medium urbem. ubi ei per confusione patet singulis ad ostia et fores confluenter. Hec est societas sua. O bone ihesu gratiam tibi reverendam isti faciunt. Latromibus te associant. sed et deuterius tibi faciunt qui crucem portandam impornunt quod de latromibus non legitur. Unde non solum cum iniquis deputatus es sed et iniquum iniquior. Indicibilis est deinde pacientia tua. Hoc ad latram per cursum fuit per principes iudeorum ut christus in famam retinetur societate latronum. et a vulgaribus videbatur in crimibus eorum participasse et sic ipsi videbantur iuste morte eius parturasse. Sic et hodie frequenter maligni faciunt. qui suam nequam per bonum insamiam operi continent. Per iustitiae etiam subversionem hodie multis locis deputatur iusti cum iniquis. Christus autem permisit hoc fieri ut ostenderetur quod pro peccatoribus vellet pati. Unde beda. Sed ille cum iniquis deputatus est in morte ut iniquos iustificaret in resurrectione. qui cum in forma dei esset propter homines homo factus est ut hominibus patet daret filios dei fieri. Hec beda. Occurrebat igitur nunc anima mea. et vide amatorum tuum et dominum pro te crucem baulantem et ad patibulum properantem ac tua crimina suis penitus expiantem. Cerne eum quod sub onere crucis cuius incedit. et vehementer anxius anhelat.

172

Compatece ei quantum potes : in tot angustiis et ludibiorum renouacionibus posito. Certe bene faceres si iuuates dominum deum tuum et diceres date obsecro michi crucem domini mei . et ego portabo eam. Quia vero mesta mater et mereore confecta propter multitudinem populi appropinquare ei non poterat nec eum videre iuit celeriter per aliam viam breviorē et compendiosam cum sociis suis et iohanne ut alios pcedens valeret eidē a proximare. Cum autē extra portam ciuitatis in concursu viarū cum obuium haberet . cernens eum sic oneratum ligno tam grāndi quod ante non videbat : semimortua facta est et pene exanimata propter angustia nec ei verbum dicere poterat . nec dominus sibi acceleratus ab his qui eum dutebant. O quam tristes et dolorentes quod clamantes et per orationes ibant mulieres sancte . sustentantes dominam nostram matrem eius non valentem se sustentare vel sustinere ymo dicitur in terram contuisse. Credo quod ipsa libenter crucem portass̄ si potuisset . et quis non posset libenter accepisset. Unde secundum ancēmū bac vocē ut reor sequebatur dicens . Vnde apicato solus . ad immolandum per omnibus Non tibi occurrit petrus . quod dixit per te moriar. Reliquā tē thomas qui ait . tu eo omnis morias. Et nullus de his nisi tu solus ducaris . quod me castam considerasti filius meus et de me. Verum hec vobis ex magne pietatis affectu perducta ita ad hoc memoriā sufficiat . ut oculis ea pietatis attendens dum tāte matris genibundis affectibus copatiā fructu pī amoris illius aliquando remunerari merearē. Hec Ancelmus. Vt certus autē dominus procedet parum post vertit se ad ipsas mulieres sequentes et flentes . Quia enim nouit dominus qui sunt eius pretermissa furestis populi turba ad amantes et plangentes se feminas oculos et ora conuertit . suos enim dominus libenter respicit. Et dicit eis filie iherusalē nolite flere super me nec lamentemini me mortitum cuius cito resurēctō mortem soluere per aliis mōres et omnem mortem et ipsū mortis autorem destruet. Non enim oportet flere eum qui propter patitur sponte sed magis ei applaudere. Vbi cūm filias iherusalem appellat datūr intelligi quod non solum mulieres de gallilea eum eum secūt̄ sunt sed etiam aliq̄e mulieres eiusdem vrbis per devotionem ei adheserunt. Tipum gerabant iste mulieres eorum quod alii compauntur et misse tentur sed non sibi aliorum pēccata deplorant et accusant sed de suis moribus non curat contra quod dicitur in ecclesiastico . miserere anime tue placens deo. Non ergo prohibet dominus compassionem . sed predicit aliam luctus causam. Unde subiungitur. Sed super uosipas et

super filios vestros flete et super iminenti exercitio vrbis et gentis vestre . vos quod ipsas et viam progeniem dignis lacrimarum fletibus abluere ne in vlcione mee mortis dampnemini etiam cum p̄fidis secundum sensum latalem flet ad quem induxit christus mulieres fuit propter misericordiam per romanos super iudeos venturam . et illa miseria figura fuit misericordia super intercedentes per spiritus malignos venturam . per cuius evanescere flendum est et otandum ante terminum huius vite. Quoniam ecce et met dies sexagesima anno post passionem christi : in quibus steriles que non genuerunt et lactauerunt dicentes beate quod agilicres erunt ad fugiendum quod grauē et pro se solum anxie. In die quod iudicij patentes dicunt filiae se esse dampnatos propter amorem minime filicium et econuerso filij dicent se esse dampnatos propter amorem et se quelani parentū. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos et collibus optime nos quod aliqui per horrore misericordie tunc dicebant. Utinam montes cadetēt super nos et colles optinent nos. Similiter in die iudicij hoc dicent reprobi optantes abscondi a facie dominū. Quia si viridi ligno hec faciunt . in arido quod fieri. Christus hic dicitur lignum viride faciens fructum et per consequens indignum abscissionē per mortem. Populus autē iudaicus lignum aridum fructuosum et per consequens dignum abscissionē per mortem. Viride etiam lignum et fructiferū sunt iusti et electi sed aridum in fructiferū peccatores et impie. Si ergo in virtute ligno id est in cristo omni virtutum viritate virienti hec faciunt id est tot tormenta inferunt in arido id est in populo iudaico et peccatore ab omni humore gracie destituto et arefacto quid fieri. Certe grauus punitetur. Quasi omnibus dicent. Si ego quod peccatum non feci et fructuosus sum sine igne passionis de mundo non exco quod tormenta manent peccatoribus et impie quod fructibus sunt vacui. Certe domine ihesu verū est quod si tu arbor sancta lignum virite fructuosum et benedictum tanta pateris et ramis tuis spoliaris quod erit de nobis misericordia sumus lignum infruitiosum et sic um aptum pro igit et iherusalem incendijs. Si ergo incipit iudicium de domo dei et omnes qui volunt pie vivere in cristo persecutionem paciūntur quas hinc eos quod non credunt dei euangelio et ipse vivunt. Unde Aug. Si hinc sine flagello non existat qui bux sine peccato venit quomodo flagellis digni non sunt qui huc cum peccato venerunt. Unde et Gregorius. Quocies mortem saluatoris attendo et pacem et iherusalem iob et mortem baptiste considero . dico tibi o peccator hinc considera quod passus sunt illi quos reprobat si tanta passi-

sunt quos amat. **H**ec greg<sup>o</sup> Bonū cēt de hijs cogitare ut cogitatio fāte angustie nobis timore inciteret. et timor iāss<sup>o</sup> a nobis pccm p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>atū expelleret vel a p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>tādo arceret. exemplo ihōnomi dicentis. **S**ive comedam sive bibam sive aliqd aliquid faciam semp videretur aurib<sup>m</sup> meis msonare illa vox terribilis surgite mortui venite ad iudicium. In p<sup>d</sup>ictis duobus locis que modo sunt in ipsa ciuitate sed extra eccl<sup>h</sup>ā sepulchri scil; vbi xpūs obuiavit matrū et vbi se vertit ad mulieres adhuc ut dicit<sup>r</sup> apparet vestigia eccl<sup>h</sup>az. que ibi facte erant in hoz memoriam. **C**um ergo dominus vlt̄ius p<sup>c</sup>essisset. et ita fatigatus ac fractus. et ex afflictione precedenti debilitas eius esset plento gradiu incederet et amplius crucē portare nō posset: depositus eam ut ali<sup>r</sup> paulū pausaret et respiret Illi autē pessimi nolentes differre morte eius timētes ne pylatas sentenciam reuocaret qā voluntate dimittendi eum ostenderet. coegerūt symonē cyrenē dictum a cyrenen ciuitate libie patrem alexandri et rufi discipulorum domini de villa vimenti et ad ciuitatem eūdo eis occurrentē ut portaret crucem post ihesum. vsq; ad cruci fixionis locū. **H**oc autem non fecerunt ex compassione ad crūstum. sed ut citius duceretur ad crucifigendum. **I**tem ut ostenderent eum esse hominem fatigatum et infirmū: et sic nō crederetur dei filius. **V**t autem dicit Augustinus nullus aliorum acceptabat crucem baulare eo q<sup>p</sup> lignum detestabile putabatur et ideo si moni cireneo quasi in quandam iacturam imposuerunt crucem portandam quam alij recisabant. **Q**ui portauit eā corporaliter et inuite non spiritualiter et voluntarie: tum quia hoc erat turpe. tum quia forsitan erat ihesu discipulus licet oculatus. **E**t vt dicit ihōminus nomen istius simonis hic exprimitur. ratiōne filiorum suorum qui erant crūsti discipuli. Crucem ihesu diu portare non portat quia ex afflictionibus precedentibus fatigatus erat. et ideo iudei crucem simoni portare post ihesum imponebant. **I**n quo docemur q<sup>p</sup> quilibet debet portare crucem penitencie qdū potest sed cū vlt̄ius nō potest tunc placet cristo q<sup>p</sup> ali us pro eo portet. **I**ste simon scdm quosdam non fuit iherosolimita sed peregrinus et aduenia quia fuit gentilis et factus fuit proselitus. **E**t licet ipi tanq<sup>r</sup> contemptibili imposuerunt crucē ihesu. hoc tamen nō vacat a mistrio. **S**i significabat em q<sup>p</sup> gentilitas ab ipsis humeris immediate crucē suscepta. ad redēptionē erat. q<sup>p</sup> et tenebras ignorantie p<sup>r</sup>latice extirparer q<sup>p</sup> alexander interptaf<sup>r</sup> et totā ecclesiam de gentib<sup>m</sup> sanguine suo decoraret q<sup>p</sup> sicut rufus

Igitur ut dicat g̃o. mulieres et añzelos vidēt que cū aromatib⁹ venerunt: quia illentes supnos c̃ives aspiciunt. que cū victum odorib⁹ ad d̃eū p̃r sancta desideria p̃fiscuntur. Et describitur angel⁹ aspectu fulgureo et restitu cādido ut aspectu malos terreat et restitu bonos mulceat ad credēdū cr̃is t̃i resurrectionē. timor em̃ et amor debent inclinare ad credēdū. Erat em̃ aspect⁹ eius sicut fulgur quia facies eius videbāt ignea ad incendiū terrorē custodib⁹ vestimenta eius sicut nix ad bandū consolacōem mulieribus. Fulgur enim terrorē timoris denotat tardor vero vestis gaudū domīnī resurrectionis dēnūciat. Vnde usus ecclie habet ut eo tempore in ecclesia in albis psallat et consuetudo est palestini dies festos celebrantib⁹ ut alba vestimenta induant: ppter qđ subditur. Pre timore aut̃ et fulgore vult⁹ eius exterriti sunt custodes et stupfacti ad istar mortuorū iacentes. Ecce quō malos terruit et eis durus fuit. Vbi tabanus Timoris anxietate sūt exterriti qui amoris fiduciā non habebant et facti sunt velut mortui qui resurrecti om̃is rectitate credere noluerūt. Et seuerian⁹ custodiebat em̃ crudelitatis studio non pietatis obseq̃o stare aut̃ non potest quē cōsciētia destituit ip̃ellit reatus. Hic nota qđ in hoc cognoscit bonus angelus a malo. Nam bonus angelus in p̃incipio terret ex suo fulgore in medio confortat ex sua allocutōe in fine letificat ex immissa consolacione. Malus aut̃ angelus econtra i p̃incipio terret ex sua horribili voce. in medio decipit ex fallaci p̃missione. et in fine cōtristat ex subseauta deceptione. Et respōdens angelus mulier⁹ trepidationi et affectib⁹ dixit eis. Nolite timere vos. Ac si sc̃dm Grego. apte dicat. Pauent illi qui non amant adūēā supnotū cūrum. p̃timescant qui carnalib⁹ desiderijs pressi ad eorum societate p̃tingere desperat. Vos autem tū p̃timescitis. qui seruos eius quē queritis et vestros cōcives videtis. Ecce quomodo bonos multet et eis bland⁹ extitit. In quo etiam ostēdit quia d̃ns ihesus p̃pus qui est angelus magni cōhilij dictus in ultima et generali resurrectione apparebit et terribilis ex p̃bis quib⁹ dicet ite maledicti in ignem et humum. et blandus iustis quib⁹ dicet venite benedicti p̃apite regnum. Hic mortaliter p̃latus bonus. qui angelus d̃m̃ exercitū ē obstinatos terret et penitentes demulcet. Hic em̃ nofantur due cōdicoes que debent esse in angelō sacerdote ac p̃lato et predicatorē qđ debet p̃mo venenum peccati p̃ terrorē exp̃ugnare. et sc̃bo p̃ honeste cōuersacionis amorem.

bond̃ alliceā. Et subiungit. Hic em̃ qđ ihesum saluatorem qui crucifixus est. queritis in sepulchro sicut mortuū. Qui crucifixus ē addit̃ ad differentiā aliorū qui etiam nomine ihu vocabant. Item addidit ad beneficj passionis cōmemoratiōem. Vnde apl̃us recogitatē cū qui talem et cetera: Item addit̃ ad cōmendationē mulierū que et ihesu et crucifixum querebant. Multi enim ihesu querebant id est salutem s̃ non crucifixum quia nō per crucem: cū tamen illa non nisi in ista iumenta. Vnde cr̃is. Multi libenter querunt purpuratum sed pauci querunt eum crucifixū vel flagellatum. s̃ ante qđ inueniat p̃p̃uratum? p̃mo queri debet flagellatus Marcus addit nazarenū et sic tāgit nomē ac patriā et cōdicio onem. Et subdit angelus. Non est hic sc̃iz p̃r p̃ncipiam carnis et corporis. qui nusqđ dē p̃r p̃senciam diuinitatis et maiestatis. Hic rex enim p̃ humilitate. qui nullum casum patitur in diuinitate. Et addit sicut dixit. ut reduceret ad memoriam ṽba xp̃i dicta āte passionem suam ut sic magis crederent resurrectionē eius iam factā. Impossibile em̃ est non fieri quod ipse dixit. Quasi diceret. Et si michi non creditis memētote verborum illius. Deinde ostendit eis locū dices Venite et videte locum sc̃ilicet vacuū vbi positus erat domin⁹. hoc est corpus d̃m̃cum. Vnde cr̃ostī. Corpus domini d̃ns dicit deitas enim nūnqđ separata fuit a corpore etiā mortuo. Ac si dicat angelus. Vultis certificari de eius resurrectione. ecce locus vbi posuerunt eum. Si verbis meis non creditis. visui et vā aio sepulchro credatis. Prop̃ hoc em̃ et lapidem reuoluerat ut locū ostenderet. Vnde cū p̃c vniuersum mundū a fideliis dicitur surrexit dominus de sepulchro. qui p̃ nobis p̃p̃edit in ligno soli canonicē et cōcētis resurrectionis domini cōspeciali gaudēt p̃rogatū. dicentes et ad oculum dēmonstrationē facientes surrexit dominus de hoc sepulchro. Similiter in euangelio paschali cū dicatur surrexit nō est hic dyaconus qui legit euāgelium dīgito dēmonstrat d̃m̃cam sepulturā. Et subiungit. Sed ite festināter dicite discipulis eius cōmunit̃ et p̃etro sp̃ealiter. qđ surrexit et p̃cedet vos in galileam hanc dixit vobis ante passionem et ideo sequimini eum ibidem. Quasi diceret. Nō concessum est vobis h̃oc gaudiū occulto cordis tenere s̃ similiter amantib⁹ pandere. Nō dicat amatorib⁹ m̃bi sed discipul⁹ xp̃i. Sc̃dm g̃te. ṽo nō sunt discipuli qđ cū eo pascha nō faciunt. nō sunt discipuli qđ retro aspiciunt qđs curiositas vite detinet illecebria capit et sp̃ime retrahunt scandalorum; Ibi eum videbāt in

Pro pinqua regione et propinquo tempore In galileam p̄t̄ cslit ut ubi fuit inīcium splēdo-  
ris grē ibi esset inīcium splendoris glorie Vo-  
luit etiam dñs specialiter in galilea apparet  
ut veritas resurrectiois probaretur quia ibi  
plura miracula est opatus et amplius couer-  
sata. et īdeo melius cognitus. Mulieribus  
ergo dicitur ab angelo ut nūcident aplis vi-  
tam resurgentem q̄r suadente dyabolo mōs  
nūcīca fuit ad p̄ mulierem Vnde hūc fuit  
progressus in p̄ima temptacōne mortis ad di-  
abolo in mulierem et a muliere in vitum. sic ī  
p̄ima annunciatione vite fieret processus ab  
angelo in mulierem et a muliere in viros Di-  
citur autem specialiter et petro. tūm propter  
principalitatem inter discipulos. tūm ne des-  
peraret de recōciliacōe p̄op̄ter magnitudinē  
peccati apostasie. tūm ne ad p̄senciam dñm  
quem negauerat et ad discipulos remte tre-  
pidaret. Quia ut ait Iheronimus. se indig-  
num iudicabat discipulatu. dū ter negauit  
magistrum. Vnde et Gregorius Si hunc an-  
gelus nominatim non exprimeret. qui ma-  
gistrum negauit remte inter discipulos nō  
auderet. Vocatur ex nomine. ne de p̄aret ex  
negacione. Vnde scdm Aug et Iheronimū  
Peccata p̄t̄ita non nocent. quādō non pla-  
cent. Videamus autem scdm Augustinum.  
cur ab angelo et a domino dictum est q̄ p̄  
cedet eos in galileam cum hoc sit post multa  
completum. et tamen sic mandatum ut aut  
hoc solum aut hoc primum expectaretur fieri  
debuisse. Et soluiuit scdm eundem Aug. q̄  
hoc p̄pheticē et significatiue est ac ipiendum  
Galilea namq; interpretat̄ vel transmigra-  
cio vel reuelacio In galilea vero scdm transmi-  
gracionis significationem intelligendum oc-  
cūrit. quia de populo israel transmigrari  
erant ad gentes. que apostolis predicatorib⁹  
non cedent. nū ipse dominus eis viam in  
cordibus hominum preueniens p̄pararet. Et  
hoc intelligitur. p̄cedet vos ī galileam Ibi  
eum videbitis. id est ibi membra coegis ei⁹  
quod est ecclia in hijs qui vos suscepserint in-  
uenietis Scdm illud aut̄ q̄ galilea interpre-  
tatur reuelacio non iam in forma seu intel-  
ligendum est sed ī illa in qua equalis est pa-  
tri quam promisit dilectoribus suis et illuc  
nos p̄cessit vnde ad nos veniens non feces-  
hit et quo nos precedens non deseruit Illa e-  
rit reuelacio tanḡ vera galylea. cum similes  
ei erimus ibi eum videbimus sicuti est Ipa-  
eciam erit beatice transmigratio ex isto seculo  
in illam eternitatem. si eius p̄cepta sic am-  
pleteamur ut ad eius deitatem segregati me-  
reamur Et scdm Greg⁹ q̄ gallilea transmigra-

tio facta interpretatur fecte in galilea domi-  
nus videndus nūciatur siue quā ip̄e de cor-  
ruptionē ad incorruptionē de mortalitate  
ad immortalitatem trāsit siue quā illi ad spe-  
ciam eius contemplandam puenit̄ merebun-  
tur qui modo transmigrant de r̄ichis ad virtu-  
tes a malo et facientes bonum querentes et sa-  
pientes non terrena sed celestia Cum dicitur  
ibi eum videbitis. scdm Iheronimū bre-  
uis est sententia in hilab⁹. sed ingens in ḡ  
titate promissio Ibi est gaudiū nostri fons et  
salutis eterne origo p̄parata Ibi congregan-  
t̄ disphones et sanantur contum̄ corde Ibi  
inquit eum videbitis sed non sicut vidistis.  
Vnde Iheronimus. Mulieres vero fraude  
spe sua q̄r corp̄us domini inuenire sperabant  
non attendentes ad verba angelī quē audie-  
rant contrite ex insolita apparitione angelō-  
rum et gemetes quia non inuenient̄ domi-  
num redeunt ab discipulis dicentes. Corp̄us  
domini esse sublatum Nūciāt discipulis ut  
aut secum quētent aut secum tolerent De  
angelo quādō et eius verbis quib⁹ domi-  
num resūterisse audierat nichil eis dixerūt  
hoc solum nūciantes eisdem scilicet dominū  
in monumento non esse Et v̄isa sunt eis ver-  
ba ista sicut deliramenta id est quasi fantas-  
ia et non vera scilicet q̄ domin⁹ surrex̄set a  
mortuis et ideo non credebant illis et quia res  
noua erat et contra cōsuetudinem q̄ mortui re-  
surgent̄ Ut em̄ ayt Theophilus ē naturali-  
ter incredibile mortalib⁹ resurrectionis mi-  
culum Petrus autem et iohannes hec audi-  
entes tollunt moras. et cūcurrent ad monu-  
mentum ex deiderio videndi factum. quia ig-  
nis materie īgestus non nouit moras. Isti  
duo p̄ceteris curabant q̄r p̄ceteris p̄pm  
amabant et sic familiares inūcim se tenebāt  
p̄pter quod in plurib⁹ locis leguntur simul  
continati. Sed iohannes cūcūs p̄ceacit  
rit petro. quia erat iūm̄ et agilior illo. No-  
tamen introiūt propter petri reuerenciam q̄  
expectauit. ipso sermō et inter apostolos p̄  
cipalior erat. Conspice nūc bene ipsos Cur-  
rūt ip̄i. Curru magdalena et socie eius p̄  
eos oēs curvant ad q̄rendy dñm suū cor suū et  
aiaz suā Curru multū fideliū multū q̄r feruēt  
ml̄ū ap̄ie et multū studiose Curre et tu p̄ eos  
siue p̄cātū cū eis vt cū eis solari merear̄is Cū  
aut̄ pueniunt ad monumentum respiciētes in  
ipso p̄ exterius ostiū itauerūt primo petrus  
deinde iohannes Et quidem scdm littēa iohes  
q̄ p̄o pueit nō itauit p̄p̄e reuerēcā p̄etri ai-  
pm̄ū īgressū se riabat s̄ mistice scdm greg⁹ p̄  
iohanem synagogā p̄ petrum ecclia defigurē.

Venit synago ga p̄tū ad monumētū sed  
mīmīe intrāuit · quia et n̄ p̄mo scripture sa  
cramēta agnouit : tñ ad fidē passiōis dñce  
intrāce distulit. Eccl̄a posterice eccl̄a genicū in  
troiūt in monumētū · q̄r cr̄stū ihesū et cog  
nouit cāne mortuū et viuentē credidit deum.  
**S**ed post p̄tū intrāuit et iohannes · q̄a in fi  
ne mundi ad redēptōis fidem etiā iudea col  
ligetut. Et introētes non inuenetut corpus  
sed viderūt sola sciz hnc corpore līntheamina  
q̄ib⁹ corp̄us erat iuolutum · posita id ē bene  
disposita et plīcata · et sudariū capitl⁹ nō cum  
līntheaminib⁹ positiū sciz id distincte et confu  
se · sed sepatim iuolutum id ē bene plīcatum  
in vñū locū ac si ex idūtū esset factū q̄d  
totum factū ē ad ostendēdū cr̄sti resurrecti  
onem iā factam et q̄d corpus non fuerat subla  
tum · et credide tūt̄ rex esse q̄d mulieres dire  
tant sciz corpus xp̄i de monumētū sublatum  
esse non autē surrexisse nō dū em̄ sciebat scrip  
turas de xp̄i resurrectione loquētas q̄a nondū  
erat eis aptus sensus vt intelligeret illas · Et  
recesserūt stupefacti et apud se mirantes euen  
tum tēi · qualiter sola līntheamina derelicta  
fuerē cor̄pore puncto · vel quantā oportau  
tate sūr habuiss; vt hec seriatī iuoluta dmit  
dens p̄tibus militib⁹ corpus auferret · non  
cogitantes de xp̄i resurrectione · nec intelligen  
tes non esse sublatum quia simili fuisse līn  
theamina asportata · et maximē quia ppter  
vñctionē etant fortiter corp̄ti adherēcia · iō  
per hoc q̄d sic pannū relictū et dispositi fuerant  
manifeste apparebat q̄d resurexerat. Sepacio  
em̄ līntheaminū a corpore dñi et desercio corp⁹  
in sepulchro signū fuit dñce resurrectionis nō  
trāspōl̄ionis. Vnde cr̄st̄ Cōsidētāt̄ līnthe  
amina posita · et sudariū sepatim iuolutum in  
vñnum locū · quod etat resurrectionis signum.  
**N**e q; em̄ si trāspōl̄issent quidā hoc fecisset  
corpus denudantes · ne q; si furati essent b?  
rei solicii fuisse ut leuarent sudarium et in  
iuoluerent et ponerent in vñnum locū seorsum a  
līntheaminib⁹ sed simplicē ut se habeat sus  
cepissent vñiq; corp⁹ · Prop̄t̄ hoc em̄ et io  
hānc ait qm̄ aū myria sepultus est multas  
que cōglutinat corp̄ti līntheamina vt non de  
cipiaris ab hijs · qui dicūt eum fuet sublatū  
esse · Quid autē est seorsū līntheamina iacere  
et sudariū seorsum iuolutum. Vt discas qm̄  
non etat festinancū hec res : sciz seorsū qdē illa  
seorsū vero hec et iuoluta esse · Non em̄ ita  
insensatus esset qui furaretur · vt circa tē super  
fluam tantū studiū cōsumeret. Hec cr̄st̄ Mo  
talit̄ monumētū in quo sunt līntheamina so  
la potest dici claustralī i quo ē vestis religi  
sa extētus tātū fine habitu interiōt̄ · Vnde

legitūt̄ in libro regum dñi remiss̄nt quā que  
rebāt dauid iuentū esse simulachr̄ sup lēc  
tūm eius. Hec est tunica ioseph inuēta fine ip  
so · Hec est vestis ouīna · sub qua latet mens  
lupina. Hic sedm grgo · diuine dispēsatiois  
magnitudo p̄sanda est q̄d discipulor̄ corda  
et accendunt̄ vt querat / et differtunt̄ ne m  
uemāt · quatinq; infirmitas animi ipso suo me  
rcore cruciata purgatione ad inueniendū fiat ·  
et tanto validius tenet̄ quāto tardius inuenit  
quod querat : Cōpaterē igīt̄ discipulis ipis  
et mulierib⁹ quia in afflictione magna sunt:  
Querūt dñm suū et non inueniūt et nesciūt  
vbi eum amplius querere debeat. Igīt̄ dolen  
tes et flentes discipuli et nō audētes diu ma  
nere iuxta sepulcr̄ ppter metum iudeoz abie  
runt ad se metip̄os id ē ad hospicia sua et il  
luc vbi habitabāt et p̄s latitabant et vnde  
ad monumētū curirebāt nichil certi scienc  
es de dñm resurrectione · Marie autē ibidem  
remāserunt · Et dum mente cōstēnate id ē stu  
pēfacte essent de hoc q̄d viderat · quā et lapi  
dem̄a immēse magnitudinis reuolutū stupe  
bāt et corp⁹ tā eximie venerabilis nō inuentū  
dolesbat respi cientes in monumētū viderūt  
duos viros id est duos āgelos in specie viro  
rum stātes circa illas in vestibus albīs ad de  
signandū gaudium dñce resurrectionis · An  
geli non solum vbo sed etiam fulgenti habue  
gloriam annunciant triumphatis · Apparicio  
nes eī angelois faciunt ad instructionem ho  
minum · et solent p̄ illū modū apparet̄ q̄ com  
petit tēi de qua debent instruēt̄ cōdor autē vestis  
splendorēm denunciat solennitatis : et ideo in  
albīs apparuerunt vestib⁹ ad denotādū gau  
diūm dñce resurrectionis · Apparuerūt autē  
duo ad solennius denunciandum cr̄sti resur  
rectionem q̄a solenniū denunciaē per duos q̄d  
per vñum. Vbi beda Quomō autē posito in se  
pulcro corp̄i saluatoris āgeli astitisse legū  
tur · ita etiā celebāt̄ dis eūs dē sacratissimi cor  
poris mīsterijs tēpē cōsecrationis assūtēre sūt  
credendi · monēte apostolo mulieres habere ve  
lamen ppter angelos in etiā · Cumq; mulie  
res timeret̄ ex vñtione angelor̄ insolita · et de  
climarent vult̄ in terra ex verecūdia · dixerūt  
angeli ad illas cōsolādo eas benigne et instru  
endo de cr̄sti resurrectione · Quid queritis vi  
uentem et iani resuscitātūm cum mortuis · Qua  
si dicēt̄ Nolite cum mortuis hoc est in mo  
numento q̄lo us proptie est mortuorum que  
tere eum qui ad vitam iam resurxit a mo  
rtuis · Verūtamen multi querunt viuenti m  
ūtūm mortuis · vt illi qui h̄c sint boni tamen  
libenter conuersantur cum malis · quib⁹ p̄t  
dīc illud · sine vt mortui se peliant mortuos

suos. Et subiungit. Non est hic scilicet in se  
pulcro presencia corporis qui tamen nul<sup>o</sup> de  
est p<sup>ri</sup>ncipia deitatis sed surrexit inde scilicet p<sup>ri</sup>  
pria virtute. Et addunt dicti sui confirmationē  
dientes. Recordamini qualiter locutus est  
vobis quia veritas et non fallit. cum adhuc in  
galilea esset dicens quia oportet filium homi  
nis tradiri in manus peccatorum et crucifigi. et  
tertia die resurgere. Quasi dicerent. diu aetate  
predixit hec omnia. et ideo non mirum si modo  
auditis esse facta. Jubentur verborum recordari.  
vt predictione euentus futuri coheme  
tus in fide iam facti. Quia vero ut dictum est  
mulieres viis angelis timetates declinaverunt  
vultus in terram. mistice cum celstibus mis  
terijs appropinquamus exemplo mulierum  
hac vultus in terram declinare debemus nos  
terram et puluerem esse recolentes. Vnde Heda  
Et nos ergo exemplo deuotarum deo semina  
rum quo ciens ecclesiam intramus et myste  
rijs celstibus appropinquamus. sive propter  
angelice presentiam virtutis sive propter reue  
niam sacre oblationis cum omni humilitate  
et timore ingredi debemus. Ad conspectum  
quippe angelorum vultum declinamus in terram  
cum supernorum cibuum que sunt gaudia ete  
na contemplantes nos cinerem esse terram quod  
recolimus sicut beatus abraham loquatur inquit  
ad dominum meum. cum sum puluis et cimis.  
Et notandum. quod sancte mulieres astantibus  
sibi angelis non in terram cecidisse sed vultu  
dicantur in terram declinasse. Vnde mos obti  
nuit ecclesiasticus. vt in memoriam dominice  
vel in nostre sp̄e resurrectionis. et omnibus  
diebus dominis et toto quinque gesu ne tempore  
non flexis gemibus sed declinatis in terram  
vultibus oremus. Hec Heda. Ille autem mu  
lietas nec tunc attenderunt ad verba angelo  
rum. nec aliquam consolacionem ceperunt de  
visione eorum. quia non querebant angelos  
sed dominum angelorum ymo ille due matie sciz  
iacobi et salome contigit. et quan ab sorpte ex  
euntes fugerunt de monumento et elongauer  
unt se inde aliquantulum et sedebant dolen  
ter quia tremor et paucus id est stupor eas in  
uaserat. propter visionem angelorum et custo  
dum. et nemini scilicet de custodibus quicq<sup>uo</sup>  
dixerunt. nec etiam angelis loquentibus  
respondent. Vide Augustinus. Intelli  
gamus ipsorum angelorum nemini ausas fuisse  
aliqd dicere id est respondere ad ea que ab il  
lis audierant. aut certe custodibus quos ia  
centes videbant.

#### Oratio

**O** Domine ihesu criste vmea proles su  
mi dei. qui dilectis tuis desiderium  
te querendi inuidisti sed vt magis ac

cederentur effectum inueniendi distulisti eos  
quod in galilea te visutos per angelum certificare  
voluisti. Da mihi misericordia ardenter te querere  
et gaudenter te inuenire. vt de viciss ad vir  
tutes et de amore mundi ad amorem tuum trans  
migrans metear post hanc vitam ex isto seculo  
in illam eternitatem transmigrare. te quod de  
um deorum in syon et in galilea vera cum elec  
tis tuis gratia tua largiente tunc videre. Amem  
Deo eo quando dominus apparuit marie  
magdalene

#### Capitulum

#### LXXII

**A**gda aliena vero amaritudine  
plena. estuans amore et nesci  
iens quid aliud deberet face  
re quia sine magistro non po  
tit vivere. nec ibi eum in  
uociebat. et ubi eum quere  
ret ignorabat. stabat ex seruore et constacia  
quia vis amoris nec sedere nec jacere fine  
bat. ad monumentum fortis et ab extra scili  
cet in orto. et ante domum uulam in qua erat  
sepulchrum predictum et lamentans dominum  
suum. Tanto enim cordis se rebatur in an  
dio. tanta pietatis afficitur dulcedine et  
validis trahebatur vinculis claritatis. vt fe  
minee infirmitatis obliterata. nec tenebratum et  
ligime. nec plectorum mma nitate retrahere  
tum a sepulchri visitatione. quin potius fo  
ris stans et lacrimis monumentum irritans  
recedentibus discipulis non recedebat. pro  
eo quod dama dilectionis igne succensa. et tam  
inualecenter vibrabat desiderio et impatiencie  
vulnerabatur amore. vt nichil ei sapet. nichil  
flore posset quod illud prophetium veraciter ex  
structare. fuerunt nichil lacrime mee panes  
die ac nocte dum dicitur nichil cotidie ubi est  
deus tuus. Secundum Augustinum. Feruencio  
et deuocior erat ad christum alios mulieribus:  
et nimius ardor amoris eam sollicitabat.  
Maria enim quicquid voluit. flendo ob  
tinuit. Flendo obtinuit remam peccato  
rum. Flendo obtinuit fratris resuscitacio  
nem de fauibus infernotum. Flendo obti  
nuit consolationem de resurrectione. Laci  
mas ergo sudit compunctionis compassio  
nis et deuocionis. Vnde Gregorius. Quia  
in te pensandum est huius mulieris mentem  
quanta vis amoris accederat quod a monumento  
domini etiam discipulis recedentibus non recede  
bat. Vnde contingit ut eum sola tunc videret  
que remansit ut querret quod virtus boni opia  
perseuerancia est. Vbi et Augustinus. Viri  
enim deuotibus infirmitatem servum in eodem loco  
forcius figebat affectus et oculi qui dominum  
queferant et non inuenient lacrimis iam obstat

amplius dolentes q̄ fuerat ablatus de monu-  
mento q̄ q̄ fuerat occisus in ligno quoniam  
magistri tāti cuius eis vita subiecta fuit  
nec memorīa remanebat. Tenebat itaq; ad  
monumentū iam dolor iste mulierē. Unde et  
origenes. **A**udiūmus fratres matrā ad mo-  
numentū foris stātem. audiūmus matrā plo-  
rantem Amor faciebat stare. dolor cogebat eā  
plorare. Stabat et circūspiciebat si forte vi-  
deret quē diligebat. plorabat vō quia subla-  
sum estimabat quem q̄rebat. Dolor renoua-  
tus erat ei q̄a quem prius doluerat defūctum  
nunc dolebat ablatum. Et iste dolor maior e-  
rat quia nullā cōsolatioē amplius habebat.  
**P**rima ergo fuit causa doloreis quia viuuū per-  
diderat sed de hoc dolore aliquantulū cōsolati-  
onem habebat. q̄a mortuum remanere vide-  
bat. **N**ūc autē de isto dolore cōsolari non po-  
tait quia nec corpus defūcti inueniebat. Ne-  
tuebat autē ne amor magi sui in suo pectore  
refrigesceret. quo viso recalesceret. Plorabat  
itaq; maria vehementē. quoniam dolor additus  
erat sup dolorem. **D**uos itaq; dolores epimi-  
os uno gestabat corde. quos mitigare lacti-  
mis volebat s̄ non valebat ac ideo tota pos-  
ta in dolore. mente & corpore deficiebat et qd  
ageret nesciebat. **P**etrus quidē et iohannes  
timuerunt et ideo nō steterunt. maria nō time-  
bat q̄a nichil suspicabat sibi supesse p̄ quo ti-  
mēre debet. Perdiēt em magē suum  
quē ita singulaē diligebat ut p̄ter ipsum ni-  
chil possit diligere vel sperare. Perdiēt vi-  
ta anime suę et iam melius arbitriabat fore  
sibi mori q̄ viuere. q̄a forsitan motus inue-  
niret quem viuens iuenire nō poterat. Fortis  
namq; vt mors dilectio. qdnam aliud in ma-  
tria faceret. facta erat exanimis fā erat insensi-  
bilis. Sencientēs nō senciebat. videns non vi-  
debat. audiēs nō audiebat sed neq; ibi erat  
vbi erat. q̄a tota ibi erat vbi magē suus erat  
de quo tñ vbi esset nesciebat. Querebat autē  
eum et nō inueniebat. et ideo stabat ad mo-  
numentū et plorabat. tota lacrimabilis & tota  
misericordis. Certe iam nil sapiebat maria ni-  
fi diligere et p̄ dilecto dolere. Oblita erat tū  
mortē oblita erat sem etiā am oblita erat dēm;  
omnia p̄ter illum quem diligebat sup omnia.  
**S**ensus null? in ea remanserat om̄e consiliū  
ab ea petierat. spes om̄is deficerat. solū nō  
flete superat. Hec origenes. Dū ergo fletet  
ppter corporis xp̄i absenciā inclinavit se corpo-  
lit et p̄spexit in monumentū q̄a semper spē-  
tabat ibi eum inuenire vbi eū se pelierat et a-  
mor inq̄sitionem m̄tiplicabat. Si autē enim  
nos cum aliquā rem p̄dimus q̄uis huc illuc  
discueramus tamē ad eum locū sep̄ respiciendū

vbi eum habuisse meminimus. ita et hec mu-  
lier q̄uis huc illuc q; dōmini corpus quere-  
ret: anxia tamen de eius absencia frequen-  
tus monumentū aspiciebat. vbi eum possum  
nouet. **V**nde gregor. Amanti semel asper-  
isse nō sufficit q̄a vis amoris int̄encionem m̄  
tiplicat inq̄sitionis. Quesuit ergo p̄pus et m̄  
mine inuenit persecutus ut quereret vnde co-  
tigit ut iueneret Actū q; est ut desideria di-  
lata cresceret et cōscendo caperent qd inueni-  
sent. Sancta c̄m desideria dilatatione crescunt  
si autē dilatione deficit desideria nō fuerint:  
Hoc amore ar̄ht quāl̄ q̄s ad virtutē pertinere  
potuit. Nec gregor. Quāuis ergo maria vidish  
corpus cr̄isti abesse volebat tñ adhuc videte  
si aliquod eius vestigium posset percipere et ideo nō  
sufficiebat sibi semel cōsiderisse. In hoc q̄ in  
clinauit se et p̄spexit in monumentū dāc itel-  
ligi q̄ cum humilitate cordis debemus prospic-  
tere mortē cr̄isti et in hoc q̄ iterū prosperit  
datur exemplū continue oculo mentis mortē  
cr̄isti prospicere. Et vedit maria oculis corpo-  
ris ip̄os duos āgelos p̄fates in albis se dētes  
supra sepulcrum et loculum corporis. vnum ad ca-  
put aliū ad pēdes. ppter reverentiā loacense  
cr̄ati ex tactu corporis dīni. ex seruore em̄ de-  
uocōis quam habebat illam visionē metue-  
rat. Angelus ad caput est reuelās diuinita-  
tis archana: q̄a caput xp̄i de us est. angelus  
autē ad pēdes est dōces humanitatis eius ob-  
seja in redēptiōe nobis imp̄sa. Qui dicūt illi  
Muliet qd ploras Angeli lacrimas prohibe-  
bant & futurum qdāmmō gaudium nūciabant  
Ac si diceat. Plorare noli nō habes causam  
flendi s̄ magis gaudendi ex resurrectiōe xp̄i  
Non est plorandum sed plaudendum. hic dies  
leticie est. nō meroris leta. nem̄ nunciare t̄l-  
bi. Noli ergo plorare s̄ pocūs ad illum respi-  
ce quem tāto amore desiderias videre. At illa  
putas iterrogare q̄si nelcientes. et non ange-  
los esse s̄ homines prodit lacrimaz causas.  
Quia tulerunt inquit dominum mecum de mo-  
numento et nescio vbi posuerunt eum: arbī-  
trans custodes vel iudeos. eum esse furatos.  
Magis ergo dolor me flete cōpellit. magna  
tristitia viscera mea coartat. Timebat emm  
ne iudei corpus cr̄isti in aliquem locum inho-  
nestum proiecissent inuidentes honori sepul-  
ture eius vel ne forte asp̄ctassent ut ei igno-  
miniam facerent. Agebat in ea vis amoris  
ut non inuentum non cōcederet nisi sublatum.  
Et hec agustie causa erat quia nesciebat vbi  
inueniret et officium funeris imp̄dere. Non  
dic̄t corpus domini mei. sed dominum. a toto  
designans partē. sicut omnes confitemur ihe-  
sus in cr̄istum filium dei sepultum. cū sola eius

sepulta sit caro. Vide hic mirabilem operacionem amoris. Paulo ante audierat ab uno angelo quod resurrexerat et postea a duobus quod viviebat et non recordatur et dicit nescio. A more hoc faciebat. quia anima sua non erat ubi ipsa eat. sed ibi erat ubi magister suus erat. Nam secundum Origenem. spiritus marie magis erat in corpe magistri: quod in suo Nesci erat cogitare loqui vel audire nisi de ipso. Et nescio inquit ubi posuerunt eum. Hec erat ei maxima causa doloris et desolacionis quia nesciebat quo ieret ad consolandum dolorem et ubi eum inueniret. Maria quia vidit lapide sub latum credidit christum furatum et deportatum lapide enim sublato corpus faciliter amouetur de monumento quod fieri non potest quam diu lapis suppositus est. Sic ergo diu lapis timoris dei in corde est. christus ab eo auferri non potest. si autem amouetur cito ipsum videt. Cum autem maria sic ploraret nec de angelis aliquid curaret amore suus magister superius se tenere non potuit. Dominus igitur ihesus refert hoc matre sue et dicit quod vult ire ad consolandum eam. valedicensque martri rem in momento in certum ubi erat magdalena. Stat mulier et plorat. adegit ihesus mercenarium consolatori et pias mulieris lacrimas intuetur. ei quod ab angelis se retinet et retrosum conuersa apparere dignatur.

**C**Per hoc ostenditur quod si quis christum videre desiderat. oportet ut ad deum conuertatur. quia illi ab deum videndum perueniunt qui se totaliter per amorem in eum conuerunt. **V**bi Christostimus. Cur non expectavit eorum responsum. sed conuersa est retrosum. cum ab minus homines multe reverentie appaterent. **D**ic quia cum maria illa diceret christus aduenit. cum angeli reverentiam exhibentes assurtererunt. quod magdalena admixans conuersa est retrosum ut videbat ab quid assurtererunt. Et non cognovit quod ihesus esset. quod videbat eum in spiritu non gloriosum quod angelii gloriosum videntes honorabant. Ipsa enim non dum habebat fidem de criti resurrectione et ideo talis apparuit in corpe: quia his apud eam erat in mente. **N**on quod iuxta hereticos formam dominus vultum quod mutasset ut pro voluntate diuersus ac varius videbatur sed quo maria obstupefacta erat miraculo. **Vnde Bernhardus.** O delectabile pietatis spectaculum qui queritur et desideratur oculat se et manifestatur. occultat se ut ardencius requiratur. et requiritur cum gaudio inueniatur. et inuenitus cum sollicitu dñe teneatur. tentus non dimittatur. Secundum Gregorium maria que adhuc de domini resurrectione

dubitabat conuersa est retrosum ut videbat ihesum. quia videbat per eandem dubitacionem suam quasi ter gum in faciem domini misserat quem resurrexisse minime credebat. Sed quod amabat et dubitabat videbat et non cognocebat. eumque illi et amor ostendebat et dubietas abscondebat. Et dicit illi ihesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Non petis quasi ignorans. sed ut eius responsive conuenientius eam instruat. Secundum Gregorium interrogatur doloris causa ut augatur dehinc. quatinus cum nominaret quem quereret in amorem eius ardencius evanesceret. At illa cum abhuc non cognoscens putauit eum esse certulanum cui intubebat aura certi illius in quo monumentum erat. eo quod mane primo cum in orto videbat: estimabat enim nullum circa loca illa occupari nisi cum qui illorum cultor erat. Bene autem spiritualiter certulanus ei erat: quae sentes phidie et victorum iam etadicauerat ac vicentia semina fidei et virtutum per amoris sui vim in eius pectore et certo aie seminare et placare curabat. Sicut ei ad certolam officium pertinet noxi as herbas eradicare ut bone possint proficere ita dominus de certo suo id est de ecclesia cotidie vicia eradicat ut virtutes proficere valant. **V**nde Origenes. O maria si queris ihesum. quare non cognoscis? Ecco ihesus veit ad te quem tu queris et tu certimas certulanum esse. Verum quidem est quod certimas. sed tamen in hoc erras. dum enim hic certulanum existimas ut ihm esse non cognoscas. Est enim ihesus. et certulanus. quod ipse seminat omne bonum semine in certo aie tuo et in cordibus fidelium suorum. ipse omnino bonum plantat et rigat in animabus sacerdotum et ipse est ihesus qui tecum loquitur. **H**ec Origenes. Marie etiam in spiritu certolam applicauit tale enim officium talis actus tale officium talis quod non inter rectacio incipiendi congruunt. Oportet enim ut penitus gerat modum certolani scilicet ut oia nocua eradicet et bona inseriat. Si ergo vis ut appareat tibi versus certolanus oportet te herbas nocivas esse et salutares issevere. Illa vero ut ebria respondit ei sicut certolano dicens. Domine si sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum qui michi est sic zuarialis thesaurus etiam moxius et ego eum collam cum omni deiderio et accipiam. Dominum vocat. ut benevolentia eius capite. **N**on dicit si sustulisti ihm crucifixum loquendo determinate et nominando eum vel alias designando sed dicit eum in generali nichil addendo: quia vis amoris et affectus cum desiderio queritis vel feruenter amantis hoc agere maius solet. ut quem ipse querit vel cogitat omnes cogitare estimet et nullum alium ignorare credit

**V**nde quasi de cognito loquitur. et quem ipsa diligebat oes scire cogitabat nec putauit alterum incognitum quem sic ipsa continuo plagis desideratum. Si ergo tu propter timorem iudeos leuasti eum hinc dico michi ut ego eum accipiam. **T**imebat enim ne iudei etiam corpori inservient exanimi. et ideo volebat in alium locum incognitum illud transponere. Mirabilis mulieris audacia quam mortui non terret aspectus et cuius validudo ad graue mortui funus tollendum plus temptat quod possit. Ex virtute enim amoris credebat se posse datum corpore etiam mortuum portare quam feruenter amanti nichil videtur difficile: Cum enim sexus feminorum fragilis sit ad onera deferenda et pauidus ad mortuorum corpora bauulanda quocquam alijs impossibile est hec propter magnitudinem amoris. leue et possibile arbitrat. **Vnde** **O**rig. Joseph timent et ausus non fuit tollere corpus de cruce nisi in nocte et nisi hoc expetisset a prophetate maria aut noctem non postulat nec recte sed audacter promittit dices ego eum tollem. **O** mirabilis mulieris audacia. **D**ulcissimam etiam non mulier. Nullum locum exceptit. nichil animosum sine timore dicit absolute promittit. Dicito michi ubi posuisti eum et ego eum tollam. **O** maria magna est ostentatio tua. magna est fides tua. Hec **O**rig. Hic ergo ostenditur magna marie deuotio et dilectionis fervor et ideo meruit quem mortuum querebat viuum videre et audire. Respice bene eam. quomodo lacrimabilis vulnus suppliciter et deuote ipsum exorat. ut sibi illum quem querit ostendat. **S**pem sperabat audire aliqua noua de suo dilecto super omnia. Postquam autem ut ait Gregorius eam communim vocabulo appellavit ex sexu. et agnitus non est. vocat ex nomine proprie eam magis intentionem faciat et talem se exhibet ut cognoscatur. dicens **M**aria. Desiderium eius vitius affligi non sinens. per vocationem nominis apertam sui declarat cognitionem. Ac si aperire dicat recognoscere eum. a quo recognosceris. Cum enim apud deum certus sit numerus electorum magna gratia aliquibus datur. qui propriis nominibus deo voti esse monstrantur. Proprio ergo nomine votat maria. ut designet specialem quam ad sanctos habet noticiam. Illa vero conuersa corde et oculis mentis: sicut ante erat conuersa corpore et oculis carnis mortis ut se suo nomine vocari audiuit. eum in voto si cuit bona deus pastore recognovit. Prior enim conuersa corpore ihesum esse quod non erat putauit. nunc conuersa corde quod erat agnouit. ac quasi ceuiscens et adorans cum indicibili gaudio dixit Rabbomi id est magister. sic enim a passionem vocare consuerat. qui doctores apud

iudeos et sancti magistri. Tu es quem querebam quod tamen te mihi celasti. Qui ergo pseuerauit ut quereretur. otigit ut inueniret. **Vnde** **G**regorius **M**atia qui vocat ex nomine recognoscit autem. atque eum proximus rabbomi id est magister vocat. Quia et ipse erat qui querebat exterius. et ipse quem interius ut quereretur docebat. **Vnde** et **O**rig. **O** mutato dextre excelsi Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum. Nutata sunt lacrime doloris in lacrimas amoris et exultationis. Ut ergo audiuimus hoc subiectum maria sic enim consueuerat illa vocare meum suum. persensit in ipso nomine quandam singularem vocationis dulcedinem. et per eam cognovit ipsum a quo vocabatur esse magister suum. **Vnde** etiam **A**nselmus. Noli magdalene de serere comitatu. sed petritis aromatibus cum ea dominica sepulchrum visita re memeto. **O** sicut illa oculis tu in spiritu carnem meteatis. nunc super lapide reuolutum ab hostio monumenti angelum videbis: nunc intia monumentum. vnum ad caput alium ad pedes resurrectionis gloria predicantes. nunc ipsum christum mariam flentem et tristem. tam dulcem oculo respicientem. tam suauem vocem dicentem. **M**aria. Num punc ad haec voces oes capitum catharacte. ab ipsis medullis elicium lacrime. singultus atque suspitia ab imis trahunt visceribus. **M**aria. **O** beata. quod tibi mentis fuit. quid animi cum ad hanc vocem psterrens. et reddens vicem salutantis clamares. rabbomi. Quo rogo affectu: quem mentis desiderio clamasti. rabbomi. Num placere latrone prohibent. cum vocem excludant affectus. omnesque et anima. et corporis sensus nimius amor absorbeat. Et iterum dominus nominat dominus consuetum ancille nomen et cognoscit ancilla consuetam domini vocem. Puto vel certe affirmo qui sensit solitam suavitatem qua vocationi consueuerat **M**aria. **O** vox delectabilis. **O** quantum blandimenta. quantum sapientiam amoris. Nec certius hoc exprimi potuit. Scio que his et que velis. Ilico mutata sunt lacrime. Non enim credo moris esse restrictas. Sed quas occitum cor se torquebat prius expomebat. eas post modum cor gaudes effundebat. **O** gressus sicut rabbomi. et si tu sustulisti eum. dico michi. **O** gressus sunt. tulerunt dominum. et nescio ubi posuerunt eum. et illud. quod vidi dominum et hec dixit michi. **V**ec Anselmus. Et certes ac procedens maria ad pedes ihesu vestigia eius adorando. statim voluit ex devotione amplecti vestigia eius quem recognovit: ac pedes tangere et osculari ut consueuerat. Amor fortis et impaciens. Non enim sufficiebat ei videre ihesum et cum ihesu loqui. nisi etiam tangere ihesum. Sciebat enim qui virtus de illo exibat; et sanabat omnes. Ipse vero vicens

fidem in corde illius ut cordolanus seminare : et animū eius ad celestia eleuare **Dixit** nō me tangere scilicet manibus corporis quem nondum diligisti fide cordis Quasi diceret Pocius volo ut tangas me tactu mentis credens me patrem equalē q̄ tactu corporis credens me bonū putum et patre minorem Adhuc em̄ carnaliter in eum credebat quem sicut hominem flebat Prohibita est ergo q̄ apter defectum fidei indigna erat et ideo subdit Nondum enim ascendī id est eleuatus sū scilicet in corde tuo ad patrem meum id est ad equalitatem patris quia non credis me p̄ uenisse ad equalitatem eius ac me filium equalē et coeterum patris qui me suscitasset a mortuis sed esse sublatum tangi cādauer p̄sum ac diceret Quia me tangi mortuum in se pulcro queris et resurrexisse non credis ideo viuentem tangere non mereris Tibi cū non dum ad patrem ascendi quem viuentem cū mortuis queris Cum tibi ascendero ad patrem tunc mereberis me tangere patrem equalē **Vñ Anselmus** Sed o dulcis ihesu cur a sanctatis ac deideratissimis p̄dibus tuis sic arcet amātem Noli inquis me tangere Ut quid dñe Quare non tangā illa deiderata vestigia tua pro me p̄forata clavis p̄fusa sanguine nō tagam nec de osculator An inimicior es solito quia glotoni⁹ Ecce nō dimittam te nec recedam a te non parcam lacrimis pectus singultibus suspensus q̄ rupetue nisi tangā Et ille inquit Noli timere nō auferetur tibi hoc bonum sed differtur Hec Anselm Sic ergo maria dubijs plena luctu inquēta preparacione indiguit ante tangēdum tantam sanctitatem accederet Si aut illa que dominum resurgentem prima post matrem eius videre meruit que tantum dilecta est a dño et tota eius manu p̄ata obsequo ab omni pectore ab eo libertata a tactu p̄dum eius est prohibita quanto magis pollutus vicis ne eum toum tangat confiendo re sumendo Sed vade iam letificata dic et nūc fatib⁹ meis sc̄z apostolis q̄ surrei⁹ et ascendō id est ascendam ad patrem meum p̄ generacionē et natūram et p̄tēn vestrum p̄ adoptionem et ḡtiam deum meum q̄ me hominem creauit et sub quo ego homo sum secundum humantatē et deum vestrum q̄ vos creauit et ab errore liberauit inter q̄s et ipm ego mediator su⁹ Quasi dicat In primo est ut videat ascendente **Locutus** in p̄posito inquātū hō q̄ alcedere nō possit ei secundum diuinā natūrā q̄ ē altissim⁹ q̄d etiā p̄p̄ ex hō q̄ vōt ap̄los fr̄es p̄p̄ similitudinē et conformitatē naturae huāne et p̄p̄ spiritualitatē amicitie et etiā p̄pter adoptionem ḡtē q̄ e

ius patris sunt filij adoptiuū cui⁹ ipse est fili⁹ naturalis **Vñ** seuerianus Vocat fr̄es quos copis sui fecit eē germanos vōt fr̄ates quos patrī suo ad optauit in filios vōt fr̄ates q̄s benignus ihesus hibi prestitit coheredes vōt fr̄ates p̄pter specialitatē amicitie quam habuit ad ipsos **Vnde** et Ambroſius Descēdit quidem filius hōis nēc patrī cum descendentes abfūisti sed descendisti nobis ut te ocul⁹ ac mētibus videremus ut in te crederemus Ergo et ascende nobis ut te sequamur mētibus quē oculis videte nō possumus **Hec Ambroſius** Stant ergo dilecti cum iocunditate et gaudio magno loquentes admūcē sicut amīs cum amīco Ecce igitur et hic similiter magnum pasca **Sic** itaq; dominus a matre rediēs apparuit primo marie magdalene q̄ iphis apostolis vel aliqbus alijs **Vñ Ihero** Marie magdalene primo ostēdiē de qua eiecerat septē demona q̄ mētrices et publicam precedet sy nagogā in regno dei ut latro p̄ces fit ap̄los **Locis** autē vbi dñs apparuit magdalene distat quindēcū passibus a sepulcro Hāc igit mulierē q̄ mane surrexit amare fuit ardētissime dilexit diligentissime q̄hūit et iō prece teris inuenit et nos imitemur eius q̄ exercitum gerentes cum lacrimis et persequitā : Dominum queramus ut simul cum ipsa dominum inuenire et ab eo consolari meāramur **Vnde** Origenes Sequamur ergo fr̄es carissimi hōscē mulieris affectū ut pueiam⁹ ad effectū Ploret vñusq; ad ihm et q̄tat fidēlē ihm q̄ nō dēē aie q̄renti illū **Disce** g° o hō p̄tēcē muliere peccāte aī tñ dimissa sūt oia p̄tēa sua **Disce** p̄tēcē hō p̄lorare dei at senīā ac itime deiderate ei⁹ p̄ficiā **Disce** a maiā ihm amāē et ihm sperare ihm īdefinēt q̄rē et q̄ndo īvestigare nulla adūla formidāē nullā consolationem extra ihesum recipere oia preter ipm ī temnere **Disce** a maria q̄rē ihm ī monumēto cordis tui reuolue lapidē ab ostio monumēti dei Amoue omnem duriciā et repelle omne obstaculum a fide tua **Tolle** ergo omnem concupiscentiam et ī mundiciā a corde tuo : et diligenter perscrutare si fit ihesus ī eo **Si** autem non inuenies ī te ihesum sta foris et plora et permane ī fide : et respice foris ad alios si forte alicubi inuenias et videas ī aliquo eum et plorando ota ihesum : ut dignetur intrare ad te habitare ī te **Et** ne forte erecta cērūce repellas cum ad te humiliando inclina te **Et** iterum prospice ī monumento dei quod debet esse ī te : **Et** si ibi videbis duos angelos vñū ad caput et vñū ad pedes id ē si cognoveris ī corde tuo q̄ celestia deiderat ī ad cōtemplatiā vitam

q̄ ad actuum pertinencia. per quæ adhuc nō possis ihesum videre nec ihesū h̄c noli his cō tentus es. noli adhuc deficēdo quiesce. h̄ plora et q̄ce ibm in tē donec inuenias. Et si forte aliquo mō tibi apparuerit et desiderio tuo se re p̄ntauerit. noli presumē de te tanq̄ ex tuo de siderio vel merito tibi a patuerit. et tanq̄ eū agnoscas. h̄ bonitati pietati qz eius attribue. et interrogā illū et ota vt indicet tibi se ipsū. Audeo em̄ tibi confidenter p̄mittere. si in si de ad monumentū corbis tui frēteris. si plo- tanō ihesum quiesceris. et querendo perseuerā ueris. si tū humilitate te inclinaueris. si exē plo marie nullā aliam solacōem de ihu. mihi ipm̄ t̄cipere volueris ipō truelāte ipm̄ sū dubio inuenies et ipm̄ agnoscēs; ita vt non sit tibi necesse querere ab alijs vbi est ihesus. sed tu maḡ in bicabis eū. nuncians q̄ vi di deminū et hec dixit mibi **Hec Origenes**. Post ali quantulā vero morulam dominius discessit. dices qz et alios visitare tum oportet. Tūc in magdalenā benedictōe ab eo recepta et dño disceden te recessit. et iā credens ad socias su as venit et hec eis nunciavit. Ille vō de resur- rectione dñm gaudēxa sed q̄ eum non videbat dolentes. recedunt cum ea de monumento id est de loco ante monumentū. sciz de septis or- ti in quo erat monumentū cum timore et gau- dio magno. certe nunciate hec discipulis domini de ipso. Scdm̄ glosam duplex erat in eis affectus scilicet timoris et gaudii. alter de magnitudine misericordi. alter ex desiderio re- surgentis. et uterq; gressum concitatbat femi- neum.

**Oratio**

**O** p̄fissime domine. o dulcissime mag- q̄bonis es h̄js qui recto sunt corde. q̄s uavis h̄js qui diligunt te. O q̄ felici- ces sūt qui querunt te et q̄beati qui sperant in te. Verum certe est q̄ tu diligis omnes dili- gente te. et nūquā delinquis speran- tes in te. Ecce enim h̄c dilectio tua simplicē querebat te et retinacere inuenit te. Sperabat in te et non est derelicta a te sed plus ē oseua ta p̄ te q̄ expectaret a te. Obsecro ergo te dñe da et mihi diligere et querere te ac sperare in te vt et ego a te diligi et te inuenire merear et a te nunq̄ derelinquer **Amen**.

Quō dñs apparuit tribō maris  
Capitulum LXXXII

**O** m ergo iste tres marie simili- pergēt de monumēto ēuertēdo anq̄ p̄uenīt ad ciuitatē et ad ap̄los. occurrit et apparuit eis dominus ihesus **Vbi Hieroni?** Pergebant em̄ ad apostolos. vt per illos si dei seminariū spāgeret. Que aut sic querebāt

que ita curiebānt. merrebātur obuiām habē dñm resurgentē. Et vt apt̄ taban? per hoc ostendit se oibus iter v̄tutum in hoantib⁹ ut ad salutem p̄uenīt q̄ant. adiuuādo occurret. **B**londa qz salutatione dñs de ictas erigens. et verbo consolatoriō tristēs consolans ait auete. ex tua formās aue. **Vbi** iheromim? Primo mulieres met̄t audire auete. vt maledictum eue mulieris in mulieri bus solueretur. Ille vero v̄lta quā dici posset exhilarare. ac esserunt ut iam credētes et p̄ fidē illūnate. q̄a vt ait ap̄ls accedētē oportet crederē. et tenuerunt ac de osculate sunt p̄des eius ex deuocione. humanitatem in qua sur- rexit p̄bantes apte. et de resurrectione eius cer tificante deum ac dñm adorauerunt adora- tione lattie. tanq̄ fidē trinitatis astuentes. Vñ cr̄s. Tenuerunt p̄des ei?. et tū sup̄bas abundanti ad eum leticia currentes accepterunt. et per tactum p̄iecturam et certitudinē resur- rectionis. et adorauerūt eum. Fortassis aliquis v̄r̄m vellet et sc̄m illas effia mulieres. et p̄des de tincte ihu. Potestis et nunc q̄nq; vul- tis non p̄des et manus solū sed et caput deti- nere sacerū illud. terribilib⁹ potētes misterijs p̄uta oscia. **N**on hic aut̄ solū. sed et in illa die videbitis eū tū ineffabili gloria illa et plebe ā geloz veniente si volueritis esse m̄sericordes et audietis v̄ba illa v̄cita benedicti p̄tis mei. he- reditate p̄cipite regnū paratū v̄b ante cōlitu- onē mbi. **Hec Cr̄s;** Iste est modus ueniendi ad veniam. scz. accedēdo ad p̄des xp̄i. **Vnde** de bēmus ite ad osculū p̄dis xp̄i per deuotā oto- nē. eius scz. si desado h̄umanitatē. Si vis capē celitudinem dei. capē p̄us humanitatem xp̄i. Moralit̄ accedēt ad xp̄m per fidē illuminantē. **Vnde** in psal. accedēt ad eū et illuminamini. te- nec per caritatem dūgentē. **Vnde** in canticis te- nui eū scz. dilcm̄ meum nec dimittam. adeatē per debite cultus exhibitionē. **Vnde** sup̄ in eu- angelio dominū deum tuum adorabis et illi so- li seruas. Et tū magdalene ē datū scz. vt tan- get eum. q̄d fuit ante dilatū quando querebat viuente cum mortuis. scilicet in sepulchro et loco mortuorum. Cū maḡ igitur iocunditate loquunt̄ adiuuācē. et faciunt similiter pasca magnum. **N**ic vt ait **Anselm** q̄diu potes m̄otaē non has delicias tuus somnus interpolet. nul- lus exterior tumultus impeditat. Tunc ait ill̄ ihesus. **M**olite timere. **N**oc dicit ad eārum p̄fectam consolationem. qz timor qui eas inua- serat adhuc totaliter ab eis nō recesserat. **S**ic occurrit currentib⁹ auete dixit gaudētib⁹. ita timorē excludit a timentibus. **E**t subiungit. **I**te nunciate fratibus meis vt eānt in galile- am. sibi me v̄idebunt. **Vbi Hieroni?** **N**on in

iudea seb in multitudine genium. ḡ facia em̄  
trāsimigura de iudea ad ḡētes p̄cedet viā i cor  
dituꝝ preparando de galylea et hac maria lacū  
us est dictum ante precedens capitulū. Vides  
hic et supra q̄ magister humilitatis vocat di  
scipulos suoꝝ fr̄atres; eos amicabilius solito  
noiana vt securius ad eum accedant. et non  
timeat accedere ppter hoc q̄ eum in sua cap  
cione reliquant. et vt v̄iam resurrectiōem do  
ceat. vt ad honorem et ad amorem accendat.  
Vn̄d̄ tabanis Vera fraternitas est que fr̄em  
veneratur deuotum. et corr̄ipit dissolutum. que  
presenti obsequit. absentem non rodit. sano  
applaudit. infirmum non deserit placatum nō  
prouocat. ir̄tu metuit vt maiore. Hec tabā?  
Angelus apostolos vocat discipulos racōe hu  
militatis debite domino d̄ans honorem. ihe  
sus aut̄ ḡuis dominus vocat eos fr̄atres et ca  
ritatis et humilitatis racōe. in quo d̄at platis  
forma caritatis et humilitatis. iux illud ecclē  
hastici. rectorem te posuerunt. esto in illis q̄ si  
vnus ex illis. Nunc ihes? omniū dñs humi  
litate in dimisit. sed v̄sq; ad mortem. fidem ei  
seruauit. et etiam post in certem necnō et post  
ascensionē. Nomē in fine p̄des discipulis la  
uit. Nomē humiliatus ē v̄lta quā dici possit  
crucis patibulum sustinendo. Nomē post re  
resurrectionē vocauit discipulos fr̄atres. Nōne  
post ascensionē loautus ē paulo humilius q̄ si  
ad cōparem suum. saule saule quid me perse  
queris. Nec nominauit se s̄m sed ihesu naz  
are. nō. me etiā in se de maiestatis consi  
stens dicatus ē in die iudicij. q̄ dū fecistis  
v̄ni de his fr̄atibus meis minimis michi feci  
stis. Non sine causa virtute hanc tantū ama  
uit. et suo nobis exemplo cōmendauit. Sine  
hoc enim fundamēto. fructuā sit aliatum vir  
tutum edificiū vel cōstructio. Vnde nec de casti  
tate. nec de pauxeritate. nec de aliqua virtute  
vel opere confidas sine humilitate. Venit ergo  
maria magdalena cum alijs duabus ab de  
nun i. in dum bonos tumores cr̄isti discipulis  
et fr̄atibus de morte domini. hec enim dies boni  
nuncij fuit. nuncians eis quā vidi dominum  
et hec que dicta sunt dixit michi scilicet nun  
ciare vobis. Mulieres opus faciunt euangeli  
